

Re. 87.




In hoc Volumine continetur

1. Tractatus de officio & Tabernis officium von Ulrich Kühn und Roralden
2. de Collegiis officium von Joh. Janderndorff und Ulrich Kühn  
von in lausonia Janderndorff
3. de iure prohibendi von Joh. Janderndorff
4. Consilium officium von Ulrich Kühn
5. Tyrone officium von Ulrich Kühn
6. Doctrina Janderndorff
7. Magister von Magister Joh. Janderndorff

89

Etiam præterea tractatus  
de Architectura Palatinis von Janderndorff  
de variis instrumentis et maxime officium  
economicis officium

Janderndorff



PRUDENTIÆ JURIS OPIFICIARII  
NOVUM SPECIMEN,  
DE  
OFFICINIS  
ET  
TABERNIS  
OPIFICUM,


Von

**W**erckstätten und **B**rahm-  
Laden der Handwergs Leute.

A U T O R E

ADRIANO BEIERO, D.  
& in Academ. Jenensi Profefs. Publ.

ANNO MDCXCI.



*Literis ac Sumtibus suis*

describat

JOHANN. GOLLNER. Typogr. Jen.



NOVVM SPECIMEN  
DE  
OFFICINIS  
ET  
TABERNIS  
OP

KOEN. FRIED.  
UNIVERS.  
ZU HALLE

Druck und Verlagsort  
Halle an der Saale

AUTOR  
ADRIANO BILERO. D.  
& in Academ. Jensoni Profels Publ.

Liters ac Summaria Juis  
defens chis  
JOHANN. GOLLER. P. 1711



V I R O  
ILLUSTRI atque MAGNIFICO  
D O M I N O

DN. Levin Gotthard

Von Zelau ꝛ. ꝛ. ꝛ.

SERENISSIMO PRINCIPI, DUCI  
SAXO- ISNACENSI

à Confiliis Secretioribus. Provinciae

JENENSIS PRÆSIDI SUPREMO.

DOMINO ac PATRONO

*Devotissimè colendo*

D. D. D.

A U T O R.



## PRÆFAMEN.

**E**quidem Non est Sapientis dicere NON PUTARAM. Si tamen ingenuè tibi Lector Honoratissime, verum quod est, fateri debeo, Id ipsum mihi tum, quando ante hos decem annos id, quod in causis Opificum Juris scripti atque moris est, specialius enucleatum, atque in ordinem qualemcunque digestum TIBI communicare, apud animum constitueram meum, accidit: In eo, quod negotium Libris neque adeò multis, neque Capitibus admodum prolixis absolvi posse, persuasum mihi habebam. Et hoc exinde, quia tum ad opus non uti Paterfam. ad domum, sed ut Viator ad hospitium: neque tanquam Autor ad librum scribendum, sed tanquam Studio-



*Præfamen.*

diosus ad collectanea , quæ nunquam  
credit scribendo alicui operi suffectura;  
tum saltim accedebam, ubi observata  
quædam memoriæ causâ recondenda e-  
rant. Ubi nusquam amplius, nisi pars  
operis minima, futuri operis tigna & ce-  
menta in oculos incidebant. Ac terrebāt  
etiam me, quibus Tyronem Præcurso-  
rum Prudentiæ juris opificiarii Emisariū  
fore prædixeram; Uno colapho proces-  
sum omnem, qui circa pueros Artificum  
existere queat, absolvi posse rati. Aliud  
fanè Illustris Schilterus, tunc nostras;  
Cui institutum hoc meum aperiēbam:  
atque Is ab initio quidem Commenta-  
rios in Libros Bornitii de Rerum Suffici-  
entia, meditari me autumabat. Sed, Ty-  
ronem pro specimine operis cogitati ex-  
hibitum intuitus, Rem magni laboris fo-  
re, & prævidebat & prædicebat : Ani-  
mum

*Præfamen.*

num tamen addens; Tanquam non literariæ modò, verùm publicæ quoque Re gratam nec inutilem operam ita sinavaturus.

Alea jacta erat, Pergendum igitur! Aggressus opus, dum cellulas peragro, similia congreco, diversa disjicio; dum negotii cujusque causas, effecta, & quæ hujus sunt generis perquiro, Evenit, ut quæ futura credideram Capita singula, in libros, aliquando volumina integra, ut Collegium Opificum, ut Artifices palatini loqvuntur, animadverto excescere; & dum flumen enataffe spero, pelago immersum me sentio. Atqve adeò spei, qvam de assiduitate mea concepisti Lector æstimatissime, brevi absolutum opus datum iri, usqve huc satisfacere nondum potui. Quæ ad Jus personarum facere possunt, superasse putabam ple-  
raqve

*Præfamen.*

raque, superesse nihilominus adhuc de-  
prehendi: quæ tamen minimè moratus,  
ad Jus rerum conversus, pronuper In-  
strumenta dedi, nunc *Officinas*, in quibus  
illorum usus est, & *Tabernas*, ubi species  
per illa in his fabræfactæ venum expo-  
nuntur, exhibeo. Fragmenta mera di-  
xeris. Fateor: Ita enim fert & spacium  
temporis, quod huic negotio dare pos-  
sum: neque amplius quid fert ærarium  
ejus, cuius impensis descriptum acci-  
pis. Deum precaberis mecum, uti Pa-  
triæ pacem, in eaque seculum aureum  
reddat proximè, mihi verò sanitatem at-  
que otium: & polliceor, partiali solu-  
tione ab integro debito, dante Deo, vel  
tandem me esse liberaturum. Tu in-  
tereà favere mihi perge atque optimè  
Vale.

INDEX

# INDEX CAPITUM.

PARTIS I.		PARTIS II.	
De OFFICINIS.		De TABERNIS.	
	Pag.		Pag.
1. <i>Variae denominationes</i>	1	1. <i>Nomina &amp; Species Tabernarum.</i>	83
2. <i>Divisiones.</i>	11	2. <i>Fus tabernæ, Cui competit: An Opificibus?</i>	87
3. <i>Correlationes.</i>	22	3. <i>de Tabernis librariis.</i>	92
4. <i>Officinarum Status.</i>	36	4. <i>Quarum rerum negotiatio sit Artificibus: &amp; de Minutiariis.</i>	99
5. <i>Locus.</i>	42	5. <i>de Pluribus unius Tabernis.</i>	113
6. <i>Numerus.</i>	51	6. <i>de Loco &amp; Serie Tabernarum.</i>	122
7. <i>de Jure Rerum.</i>	62	7. <i>de Effectibus &amp; Contrariis.</i>	128
8. <i>de Contractibus.</i>	70		
9. <i>Judiciis.</i>	74		
10. <i>Contrariis.</i>	76		
11. <i>Restauracione.</i>	79		

J. J. De



f. f.

## PARS PRIOR.

De

# OFFICINIS OPIFIC.

## CAPUT I.

### *Variae Denominationes.*

**R**es omnes aut Substantias esse aut accidentia, & illas aut corporeas aut incorporeas; uti Philosophorum discipulis est notissimum: Ita in JCro- rum scholis tam vocabulum Substantia, in eo sensu; quam divisio in illas species est incognita. Non qui contradicere illis ament, sed qui à suis Præceptoribus, ipsismet Philosophis, alterius tamen scholæ, ita fuerint edocti.

In libris enim Jctorum Res incorporales non substantias, ne dum spirituales denotant; sed imò accidentia & rerum corporalium affectiones, qualitates morales & creaturas Juris: quæ ipsa dicuntur Jura; non quasi Leges sint, sed harundem effecta, rebus, uti & personis tributa, seu, ut tribuantur, proposita: Et quia non tactu aliove externò sensu percipiuntur, sed intelliguntur, non incongruè Jura Res incorporales dicuntur.

A

Cor-

- 2
3. Corporales contra, quæ Jctis audiunt, Substantiæ sunt. Substantiæ tamen vocabulum in Jure non prorsus ἀτοπον, sed ubi occurrit, Genus & differentiam specificam denotat, atque Naturæ, tanquam Proprietati, contradistinguitur: prout contractuum substantialia, naturalia & accidentalia usu frequenti obveniunt. Quæ tamen hic obiter dicta volumus, pergentes ad illarum subdivisionem in Mobiles atque immobiles.
4. Est nimirum Corporum aliqua affectio, Localitas, seu ut in aliquo πῶς includantur: Utrum tamen de loco ad locum transferri queant, non omnibus competit, unde hæc immobilia dicuntur. Hæc ut ad scopum nostrum (Jus opificiarium) transferantur, notamus, Esse & Opificibus suas Res corporales atque Jura; tam integris Collegiis, quarum priores in *Tract. de Collegiis, Cap. XII. seq.* posteriora in *Tract. de Jure prohibendi* inveniunt: quam singulis Magistris.
5. Horum referimus Stationes atque conclavia, quorsum recipiunt se, Species artis ubi preparantur atque elaborantur sunt, peculiariter ad hoc parata, sicut ars cujusque postulat. Variè autem denominari observamus, ac modo Armaria, Ergasteria, Fabricas, Horrea, Officinas, Pergulas ac Tabernacula dici. Equidem verum est, ARMARIUM ab armis dici, atque adeò strictè & propriè denotabit conditorium, conclave armorum. Enim verò, ut Arma latiori sensu vocantur, quocumque instruitur quis atque examinetur ad operandum pro ratione instituti: Ita Armarium simili analogiâ quodlibet erit promptuarium instrumentorum, pro cujusque con-

*De Variis Denominationibus.*

conditione. Unde Plautus in *Captivo*. Armarium accipit pro Penu, seu promptuario, è quo cibus promitur. Cellas, inqviens, refregit omnes intus, reclusitque armarium. Hadr. Turneb. *Lib. VII. advers. Cap. 23.* Ubi verò machinæ bellicæ reconduntur, in specie Armamentarium, Zeughaus / KistKammer dicitur. Quoniam igitur Instrumenta Opificum dicuntur eorum Arma, ut ponimus *Tract. de Instrum. Cap. I. n. 6. 7. 8.* Quid verabit igitur, Officinam opificis cujusque suum dicere Armarium? ex quo arma seu Instrumenta nusquam recondet alibi lubentius, quàm in qua statione aut conclavi ad operandum solet commorari: ad hoc, ut ad quàmvis occasionem sint præstò. Appellatio hæc, uti particularis & extrinseca est, ab instrumentis operandi desumpta: Ita tamen non impropria, & de cæteris generalis. Sic dicitur quoque Armarium, ubi reponuntur libri, qui sunt instrumenta Literatorum: at verò similium similis est ratio. In simili sensu occurrit eadem vox in *§. 25. f. de R. D. l. 3. §. 2. ff. de Supell. leg.* Plinius quoque Vinitorum instrumenta Armamenta dicit.

Convenientius & magis ad propositum ERGASTERIA dicuntur, ab operando: Græca enim vox est, derivata à verbo ἐργάζομαι, quod est operor, conficio, arte expolio: non alii rectius quàm Mechanicis, Artificibus species producentibus, seu manufacturas elaborantibus convenit. Godofredus in *l. 32. pr. C. Locat.* simpliciter Officinam reddit; ab efficiendo scilicet. Quoniam tamen Opifices non alligati sunt ad operas suas aliis elocandas, his, qui opera

- suis auspiciis elaboranda conducant eos, daß sie mü-  
 ßen auf bestellte Arbeit warten : Sed, quorum  
 artis ratio facultatesqve patrimonii sinunt modò, suis  
 sumtibus species efficere ac venum exponere liberè  
 permittuntur, **dörffen auf den Rauff arbeiten.**  
 Id quod solent permulti; Horum officinæ duplicem  
 habebunt usum, Operandi, Negotiandivè. Atqve  
 venit inde, ut Ergasteria significant etiam Tabernas  
 mercium venalium, **den Laden/** à valva aperta, in eum  
 finem, ut introspecti, species effectæ ac forsan desi-  
 deratæ observari ac tum emi queant. **Qva** in acce-  
 9. ptione frequenter in textibus Juris civ. occurrit. v. g.  
*l. 21. C. de Oper. Publ.* ubi stationes & ergasteria con-  
 junguntur, atqve utraqve vetantur in Basilica ex-  
 strui. *l. 26. §. 1. vers. Illos verò. C. de Usur. l. 2. C. de*  
*Metatis. XII. 41. l. 12. §. 3. C. de Cohort. al. XII. 58.* Spe-  
 ciatim verò in *Can. 2. & 3. dist. IV.* Tabernas vina-  
 rias significat, atqve exerceri à Clericis vetantur **Riis-  
 ge/ Schencken/ Krezscham.** Strictè tamen iisdem  
 contradistinguntur *l. 2. C. de Episc. & Cler.* quoniam  
 & Opifices species perfectas seorsim reponere solent,  
 tum ut à pulvere mundæ conserventur; tum ne  
 operantibus impedimento sint, aut contactu fre-  
 quentiori nitorem amittant. Tunc Conclave ope-  
 randi **die Werckstadt/** Officinam; Alterum autem  
 negotiandi **den Laden/** & sicubi ad forum transfe-  
 rant, **die Bude/** aut pro diversitate **den Schragen**  
 vocant: quorsum pertinent peregrina vocabula  
 Boutique, Gallorum; aut Bottega, Ital.
10. FABRICA non alii magis professioni quàm  
 Opificibus competere videbatur: ob hoc, quod idem



vocabulum adjectivum ellipticè artem manuariam denotat; unde Fabricam docere, in l. 6. §. ff. de Mand. est Docere artem fabrilem. Intuitu tamen eorum universale est, atque de quavis officina cujusvis Opificis dici potest, ut Ergasterium. Creditur tamen aliquibus Fabri lignarii propriè denotare officinam, *der Zimmerleute Zulage und Forderungen.*

Certius dixerim Fabrorum metalla tractantium, *eine Schmidten*; in specie Arma cudentium; quo sensu in Jure nostro Justiniano frequenter admodum occurrit, ac Gothofredus in l. 6. ff. de Jur. immur. Fabricam exsertim explicat Locum, in quo arma conficiuntur, ὀπλοποιεῖν; armificatoriam, ut est in Novell. LXXXV. cap. 1. Unde Fabricenses, rubr. §. l. 3. 4. sim. C. de Fabricens. XI. 9. qui in fabricis operantur, qui arma fabrefaciunt.

Quo sensu Primicerius Fabricæ, d. l. 3. C. de Fabric. qui officinæ præpositus; est & qui Optio Fabricæ, in l. 6. ff. de Jur. immur. nominatur, & est Adjutor Præfecti Fabrorum, sicut in Tract. de Instrumentis n. 241. adfuisse meminimus; & Fabrica in specie, pars architecturæ, quæ in Vitruvio sic definitur: est continuata ac trita usûs meditatio, quæ manibus perficitur.

Sed in Jure Canon. specialius descensum est, ac Fabrica effectivè pro structura, tanquam Architecti manufactura posita legitur in c. 15. XII. q. 1. verb. denique idem præfatus Princeps (Constantinus) donaria immensa contulit & Fabricam templi primæ sedis beati Petri, Principis Apostolorum instituit: quæ ac-

ceptio etiamnum usitata, quando Structuarius, der  
StiftsBaumeister in suis rationibus hęc circiter  
stylō utitur: Extract aus der Stifts Fabricen Rech-  
nung der alten Chöre / von Mich. A. 1685. bis da-  
hin A. 86. sicut in facto novissimē habui.

14. HORREA impertinenter huc referre videbor  
his, qui ad usum œconomicum & speciatim rusticum  
haberi existimet, Scheunen / & granaria, frugibus  
excussis recondendis, KornSpeicher: Ulpianus ta-  
men in l. 19. §. 2. ff. de Judic. sub finem cum cæteris  
jungit Tabernulas, Pergulas, Horrea, Armaria, Offi-  
cinas. Ac fuisse ea repositoria non frugum modō  
aut vini, sed aliarum quoque rerum, pignorum, in-  
strumentorum apothecas; Gothofredus in l. 7. ff. de  
Instr. leg. milit. t. annotavit; quod in Tract. de In-  
strumentis n. 226. tetigimus. Ubi verō commodius  
Opifex sua reponet instrumenta quā in officina.

15. OFFICINÆ vocabulum præ aliis exprimen-  
dæ rei puto commodissimum, tanquam Opificina,  
quod in Plauto; sicuti Artificina, in Gloss. Isidori:  
& Vestificina in Tertulliano, de Gallo: in qua opifi-  
ces artē suam exercent, opēra suæ arti convenien-  
tia faciunt, die Mache. Nam & Opifices plerosque  
Macher / vocabulō generali appellamus, quibus  
specialius dare non possumus, v. g. Ubr. Kam-macher/  
quoniam Tuchmacher / non Würcker dicimus. Latinis pa-  
riter Factores, non præcisē sunt Gestores alienorum  
negotiorum, sed germanismō quodam Opifices, qui  
vinum, oleum, faciunt, ut est apud Catonem de re rust.  
cap. 13. §. 64.

16. Dicitur sanē verbum Officinæ per translatio-  
nem

nem ad res alias, Artes liberales, quò sensu Scholas dicimus Officinas virtutis: & Cicero de Clar. Orat. Exstitit igitur (ait) jam senibus illis, de quo paulò antè diximus, Isocrates; Cujus domus cunctis Graciæ quasi ludus quidam patuit, atqve officina dicendi: Servatâ tamen analogiâ, sic, ut locum denoter operandi. Unde & Officinator à Vitruvio Lib. VI. pro Fabro ponitur. Et hæc tenus Taberna Officinæ opponitur, ut brevi dicemus.

**PERGULA**, inquit *Budeus*, est domus ex- 17.  
porrecta & propendens; ejus generis, quas salientes Artifices nostri appellant: scil. non Romani. His utiqve salientes erant Fontes tubulis fistulisve aquam fundentes: Nomine ab eo ducto, quòd aqua ex tubuli capite in labrum fluens, salire videatur. l. 15. ff. de act. emt. Adeoque non Loci, sed Personæ nomen; lapideæ videlicet. Ast Gallis Une Saill' de maison, ou galerie: soit couverte, ou non, eine gedeckte oder offene Sommerläube/ ein Saal/Söller.  
Germanis Ausladungen/Arcker/Perfis Eivvan, 18.  
de quibus *Olearius in Pers. Lib. IV. cap. 6. p. 554. p. pr.* Die offene Gemächer/ und so oben herauswärts mit niedrigen Sittern besetzt/ nennen sie Eivvan, diese findet man bisweilen in allen Vier Seiten des Hauses/ und werden im heißen Sommer/ um den Wind und kühle Luft zu haben/ Abwechselsweise zu Schlaffkammern gebraucht. *Ibid. in f.* Under West Seiten (des Maidans zu verstehen) da des Königs Hof und Palat/ seynd ordentlich gebaute Gewölbe längst dem Maidan hinunter/ zwey übereinander/ mit Eivvanen und Durchgängen/

8  
*Part. 1. Cap. 1.*  
 gängen / in welchen Goldschmiede / Zobelirer und  
 andre Ihre Handthierung haben. Cheivvan, affi-  
 ne vocabulum, deambulationes hortorum denotat;  
 prout Idem *de Horto regio pag. 561, circa fin.* habet,  
 die Cheivvan / Lust- und Spaziergänge / waren al-  
 lenthalben mit schönen grossen Zinar-Bäumen  
 etlich tausend Stücken besetzt.

18. Sed in præsens Pergula est exedra (exhædra  
 Gothofred. *in l. 19. §. 2. ff. de Judic.*) angusta in superficie  
 aliqua ædium; ut Glossæ antiquorum explicant:  
*ὑπερῶον ἰν' ἐστὶ μεσώδην, ἀεὶ φή, σενὸν ὄκημα.* Cujac. *XI.*  
*Obs. 13.* In ea plerumque merces venales dispende-  
 bant: & inde in *l. 5. §. p. ff. de his qui dejec.* de Pictore  
 refertur, qui tabulas in pergula dispositas habuerit,  
 quæ exciderint, eoqve lapsudamnum alicui dederint.

20. Fuit igitur locus accommodatus exponendis  
 rebus venalibus, *πεδῶν*, ein Laden; eoqve sen-  
 su ad institutum haud pertinens. Enimverò, quis  
 affirmaverit nobis, non ibidem & fabricasse, quas  
 ibi proponebant species? An ergò requiremus, bi-  
 nas ab unoqvoqve opifice stationes: Operandi & Ne-  
 gotiandi? Nec in contrarium facit, in publico uti-  
 que Tabernas, sed domi Officinas habuisse. Admit-  
 terem si specierum multitudo aut puritas non ad-  
 mitteret, ad furnum reponi, aut operæ faciat pretium  
 duplicatæ pensionis.

12. In Persia sanè stationes publicas usitatas esse,  
 Olearius docet, *itinerariò L. V. c. 18. pr. pag. 600.* Man  
 siehet seine Lust / wenn man in Städten über den  
 Maidan und Besar gehet / wie die Handwerker  
 von allerhand Art / so ordentlich nach einander  
 in

*De Variis Denominationibus.*

in Ihren Werckstätten ihre Handthierung treiben. Denn Sie nicht/ oder gar wenig/ nemlich die nicht ausgehen können/ in ihren Wohnhäusern/ sondern am Marckte in darzu verordneten Gassen und Gewölben öffentlich sitzen.

An verò secus Romani fecerint? Erant his utique Pergulae Magistrales, in quibus Præceptores & Magistri artium profitebantur & discipulos erudiebant. Unde Svetonius, de claris Grammaticis, de Crasitio Paside Grammatico, Deinde ait, in pergula docuit. Et Vopiscus in vita Saturnini, Romæ, inquit, frequentaverat pergulas magistrales. Si ergo non puduit hujus, artium liberalium Magistros, neque ita in arcanis habuerunt artem suam, ut intracancellos domesticos docere maluerint: quid verbat Manuarios? De Apelle Plinius *Lib. XXX. cap. 10.* scribit, quòd opera perfecta proposuerit in pergula transeuntibus, atque post tabulam latens (an integrum diem otiosus) vitia, quæ notarentur auscultaverit.

Possent non ineptè STATIONES dici; si non hoc quis urgeat, sedere opifices operando; unde Sellularia artes dictæ. Quoniam nihilominus Stationis vocabulum, præterquam quòd Actum standi denotat, etiam de Loco sumitur; unde Loca, in quibus milites confederunt, Stationes & Stativa dicuntur. *rubr. & l. un. C. de Tractor. & Stativo. XII. 52.* Item Curtius: Cognitum id per Exploratores, qui Stationes hostium ingresi. Nescio an Germani idem per **Halten & Halt Ritt**/ indigitaverint: ex quo illud: **Den Halt bereiten.**

B

Cgni-

10  
24.

Cognitæ deinde sunt Stationes Fiscales, seu Officia per Imperium, Provinciam distributa, ac certis locis defixa, tributis recipiendis: Curationes etiam vocatæ, de quibus in *l. 1. C. de Compens. l. 1. C. Ne Fiscus rem quam vend. evinc. X. 5.* & ibi Cujac. Sic quoque locum Vigilibus ad excubias agendas assignatum, (Modestinus in *l. 3. §. 5. ff. de Re mil.*) Stationem vocavit: quòd in eo subsistere cogantur, neque eum sine graviore innoxia possint relinquare.

25.

Quin propius ad rem, Officina, in quam multi conveniunt, ut de aliqua re decernatur & jus dicatur, Statio appellatur; ut est apud Gellium *L. XIII. c. 17.* Quæsitum esse memini in plerisque Romæ stationibus Jus publicè docentium. Non obstante, quòd Judicem oporteat sententiam sedendo pronunciare, *Nov. LXXXII. c. 3.* & quos habet in Consilio, non Adstantes sed Adseffores dicantur. *rubr. Et t. t. ff. de Offic. Adseff.* Nil prohibet igitur Opificum Officinas vocare Stationes.

26.

Denique & TABERNANAM dicere poterimus, quæ opificis officina est. Nam licet sup. n. 8. eandem pro œnopolio accipi audiverimus; ac detur omninò in Jure nostro Taberna Cauponaria *l. 13. pr. ff. de Instr. leg. l. 43. pr. ff. de de R. N.* Institoria item *l. 3. l. 18. ff. de Inst. act.* in specie Purpuraria *l. 91. §. 2. de leg. 3.* quin Casearia *l. 8. §. 5. ff. si serv. vind.* Attamen datur & Ferraria *l. 88. §. 3. de leg. 2.* Pistrinaria *l. 15. pr. ff. de Instr. leg.* adeoque utrique sensui apta est.

CAP.

## CAPUT II.

## Divisiones.



Voluntò nomine sequitur Res ipsa, In tam 27.  
 diversas tamen formas se diffundens at-  
 que Species, ut difficile sit ulterius, nisi  
 inspectà prius divisione progredi. Cir-  
 ca quam doctrinam pro principio no-  
 tandum, Fundamentum divisionis, rem esse potis-  
 simam, & ubique si confusiones evitare velimus,  
 attendendum. Sic alia sumitur à causis, alia ab  
 effectibus, adjunctis, & ita porro. Generalissima  
 & maximè *naturalis* Officinarum divisio erit, quando  
 1.) à Materiis v. g. aliæ Metallariæ vel Vitriariæ &c. v.  
 n. 54. seqq. vel 2.) ab Effectibus & Manufacturis, v. g.  
 Armificatoriæ, Typographicæ, Molendina chartæ at-  
 que olei parandi constituta &c. 3.) à Loco, ejusque  
 situatione & capacitate, quâ aliæ sub tecto aliæ sub  
 dio, & sic vel angustæ vel spaciosæ sunt. Nam Fabri-  
 lignarii modò non integrum campum, vel aream sa-  
 nè capaciorem *den Zimmer Hoff* requirunt: Mura-  
 rii, Tegularii, quemvis locum, cui inædificandum est,  
 pro officina sumunt. Restiones species breviores  
 domi, longiores *auf der Weyde Werckstatt/Nöper*  
*Bahn* torquent.

Illæ reliquæ magis civiles sunt, quum 1.) ab Aucto- 28.  
 ritate dividuntur in PUBLICAS & PRIVATAS.  
 Istiuc censebimus, si Princeps suis auspiciis aut pri-  
 mitus instruat, aut à privatis redimat, aut quovis jure  
 ac prætextu eas sibi vendicet, illis exclusis, Eruntque  
 adco

aded alia absolutè, alia sub modò, usu forsan publicæ. Prioris generis Metallicæ sunt, Armificatoriæ ac Monetariæ: Regalium accessoria.

29. Sic dantur (I.) ARMAMENTARIUM hoc est, Officinæ armificatoriæ, quæ in Jure Justiniano FABRICÆ dicuntur. Atque erant quondam in Romano Imperio Fabrica publicæ, in quibus conficiebantur a) Loricæ, in Loricaria officina: Ferreæ scilicet; nam antiquitus è corio factæ, unde & nomen illis remansit: munimentum corporis, in specie pectorale, ein Brust-Harnisch/ Panzer/ Küris.
30. b) In Clibanaria officina Thoraces ferrei; & omnis Cataphractorum militum & equorum armatura, zum ganzen Harnisch und voller Rüstung für Ross und Mann. c) In Balistaria Balistæ. Erant autem hæ Majores, pro Saxis; & Minores pro Sagittis jaciendis. Dixeris ad nostra tempora & usum: zum groben und kleinem Geschütz. Istud ex ære funditur in officina fusoria, Stüct Gieserey. Hoc ex ferro per tornum excavando, Bewehr bohren. Ac denique d) in SCutaria (officina) Scuta parabantur.
31. Erantque in Illyrico quinque: in Italia sex: in Gallia octo: in aliis locis alia officinæ; relata à Jacobo Gutherio de Offic. dom. Aug. Lib. XIII. cap. 12. & Pancirol. in Notit. utriusque Imperii. Sed erunt hæ fabricæ Armorum; quorum cura non immeritò ad ipsam pertinet Rempublicam, & qui pro re nata ipsi præest, cuive is committit. Sicut Fabricæ illæ omnes erant sub dispositione Magistri officiorum: prout & ipsi Fabricenses, qui operabantur in Fabricis; & Characterarii, à Juliano Scriniani dicti: qui solum militum arma



arma procurabant, & conquirebant eos, qui privatim arma fabricassent.

Nam nemini privato licebat arma fabricare, nec alio in loco quam destinato. Erant namque tales officinae sacrae, devotissima scholae, &, referente Justiniano, numero undecim. (forte sub tempore, l. f. C. Locat. Perez. ad Tit. C. de Fabricenf. XI. 9. n. 1. & 4. In Italia hodiernum Brixiae in urbe plusquam ducentae reperiuntur tabernae apertae, in quibus varii generis arma conficiuntur. In sola Cardona, agrum Brixienfis, urgente necessitate, spatium unius diei ducenta sclopeta perfici possunt. Luc. de Lind. *Descript. orb. p. 803.*

Minus deficiunt tales officinae Germaniae, metallis alioquin foecundae: ac possent alicubi novae aut plures adornari, si debita adhiberetur cura: Ac sane, non belli pacisque solum praesidium, verum Camerae insigni forent emolumento. Cum in quibusdam locis metalla cruda extra Provinciam mittantur, Arma autem extrinsecus, non sine majoribus impensis, quam exportationes metalli pepererunt, importentur postmodum. Perinde ac si Linum crudum vendas exteris, pannos postmodum ab iisdem emturus.

Qua de re Patriota quispiam conqueritur sequentibus verbis: Neundtens kan durch Erzeugung allerhand Armaturen eine grosse Wirtschaft werden. Denn alles/was darzu gehöriq/ als Stahl/ Eisen/ Zinn/ Kupffer und Bley/ das ist alles in Thuro Känsf. M. Erb. Königreichen und Landen gnug sam zubefinden. Und ist ja sich zuverwundern/ daß man solche Metalla aus denen Ländern verführet/ und alsdenn die armaturen von denen Fremden

den in doppeltem Wehret müssen erkaufft werden. Welchs alles allein durch Introdueirung der Meisterschafften / und daß man nach und nach Leut darzu qualificirt mache / kan verhütet / und dadurch viel tausend Gülden erspähret werden. Man hat zuvor bereit einen Anfang in der Neustadt / durch Herauffbringung eghlich ausländischer Meistere gemacht / Noch dato aber / um / weilen man mit dem Verlag nicht allerdinges gefolgen kan / wil ein schlechter Nutzen erscheinen. Es erfordert eine mehrere activität und Aufsehen / als biß dato geschehen. Oder / wenn es um und um kömmt / so erwindet es allezeit an treuen disinteressirten Leuten.

36. Dantur (II.) Fabricæ NUMMORUM. De quibus, ne nimium sumus prolixi, non agemus in præfens; datâ præprimis occasione oportuniore. Proxima his sunt Tegulariæ Ducales ac Senatoriæ, Ralck- oder Ziegelhütten. Ubivis tamen inveneris, eas Magistris committi approbatis, pßlegen mit zünfftigen Meistern besetzt zu werden / aut sanè, invicem certas leges sibi ipsis Magistros construere; ad hunc effectum, ut ne deficiant ipsis Boëthi itidem legitimi; ne controversiam statûs, & insimul impedimenta operandi patiantur.

37. Post hæc locare Macellum possemus: Quoniam tamen divisione sequenti occasio recurret, FURNOS ponemus publicos; alicubi, præsertim in Italia, Genuæ, Lucæ usitatos: quippe quos ipsa exercet Respublica, in quibus solis panis coqvitur; Cum privatis furni non concedantur: quod de vid. Luc. de Lind. *Descript. orb. p. m. 832.*

De

De Magno Moscovia Principe refert Olearius 38.  
*Itiner. Pers. Lib. III. cap. 6. pag. 195. post med.* Tabernas  
 singulorum etiam Magnatum eum vindicasse sibi, at-  
 que magno cum emolumento nunc exercere solum.  
 De Persarum autem Rege, quando *Lib. V. cap. 36.* ejus-  
 dem redditus ac proventus computat, Ex Carvvanferis  
 Mercatorum per civitates dispositis, quarum in sola  
 regia Ispahan viginti quatuor numerentur, quinquaginta  
 millia imperialium nostratium annorum percipere scribit. 39.  
 Liceat vel alterutrum textum apponere.

Es seynd zwar neulicher Zeit solche allgemeine  
 Kabaken / so theils dem Saaren / theils den Boja-  
 ren zugehöret / weil Sie die Leute von ihrer Arbeit  
 abzuhalten / und den erworbenen Pfenning zu ver-  
 sauffen nur Gelegenheit gaben / abgeschaffet / und  
 kan keiner mehr um zwey oder drey Copeken / Schil-  
 ling oder Groschen Brandwein bekommen. Son-  
 dern an dessen statt hat J. J. M. alleine in teglicher  
 Stadt ein Cruis noy duor, wie Sie es nennen / oder  
 Hauß verordnen lassen / aus welchem man den  
 Brandwein nur nach Krügen und ganzen Kan-  
 nen verlässet / und seynd beendigte Personen darü-  
 ber gesetzt / welche daraus sährlich eine unglaub-  
 liche Summe Geldes in J. J. M. Schatz liefern. 40.

Ad Publicas Officinas liceat referre ERGASTU-  
 LA Zucht Häuser / in quibus simul opificia exer-  
 centur & docentur. Ibi juxta Famem, quā ferocia  
 deferbecit, & laborem, quō defatigantur, simul me-  
 diis, vitam post liberationem honestē transigendi, in-  
 struuntur; ad examen quoque catecheticum, auscul-  
 tandas conciones, & vitam juxta decalogum instituenda,  
 dam,

- dam, veramq; adeo pietatem sectandam deducuntur. Neque ante dimittitur quisquam, ni documenta horum dederit, atque intercessorem libertatis habuerit.
41. Res hæc non est nova, aut rara: de Ergastulis Romanorum legi potest Justus Lipsius *Lib. II. Elector. cap. 15.* de Amstelodamensi *Raspel- & Spinn-Hauß/* (pro utroque enim sexu distincta sunt) tractatus de S. Raspio ejusque miraculis. In Germania habentur similia, v. g. Noribergæ, das *Springer-Hauß/* ubi otiosi vinculis coërcentur, & ad vias purgandas, fodiendum &c. adhibentur: de Bremensi vid. Tract. *Bremer Zucht-Hauß/* Erfurti A. 1617, editus. Libecanum minus olim frequentabatur.
42. Præ reliquis celebre est istud Hamburgensium, ambitu quidem suo sexum utrumque complectens, sed distinctis conclavibus: quorsam è longinquo ablegantur tanquam ad severioris disciplinæ gymnasium permulti Candidati. Quandoque decepti tanquam ad exteros se isthuc conferunt: Dum Conclavia suis inscriptionibus, Urbium Regnorumque nominibus, Amstelodamo, Dantisco, Londino, Parisiis &c. distingvuntur. Sub quo colore & absentia illorum domi tegitur, & ipsimet ad tantò securius isthuc proficiscendum inducuntur.
43. Deinde (2.) Officinæ ARBITRARIÆ sunt aut NECESSARIÆ. Nimirum regulariter Opificum, quisque, impetratò Magisterii jure, quam officinam simul instruendæ credit maximè oportunam, intrat habitationem, ibique opificium exercet pro lubitu, nemine intercedente. Declarationem tamen hoc patitur a) quando quis in eo adhuc est, ut ad  
ma-

magisterium se per specimina tenetur habitare: Nam tunc suamet artis Magistri non permittunt arbitrium.

10. Nam plerorumque Collegiorum privilegiis continetur facultas, Candidato locum atque officinam elaborandorum speciminum assignandi; vel ipsomet actu assignant, Aedes forsàn Primicerii: ut Chirurgorum nostratium, *art. 2. In des verordneten Handwerks Meisters Behausung*: quò casu ipsorummet arbitrium quodammodo est restrictum. Liberius agere permissi Victores nostrates, ablegandi Candidatum quorsum illis libuerit. 44.

Es soll auch derjenige/ der Meister werden 45.  
wil/ nicht Macht haben/ die Meister Stücker wo Er wil zu sehen / sondern soll die sehen/ wo die Meister ihn hinweisen. In officinam dubio procul angustam, cui lumen, instrumenta & debita commoditates desunt; aut sanè benevolus hospes, cui invito hic obtruditur, dum aliter impedire nequeunt Sodalium negotiosum. Quid ergo, si reclamet, nolit admittere Candidatum? Teneturne moras magisterio suo injici tolerare? Imò Collegium aliam impetrare officinam. Ita Restiones *Ciz. art. XI. Ihm auch eine Werckstatt darzu ausbringen.*

b.) Quando Magisterium adeptus artem vult 46.  
exercere. HINC quidem Magistratus eum vocat atque restringit ad Officinas publicè huic actui destinatas, v. g. Lanios; cum, ubi materiam transformare atque usui preparare volunt; ad Macellum, in das Schlacht Haus; tum ubi paratam venum exponere cupiunt; ad Carnarium, in die Mehl/ Fleisch Banck/ oder

C

oder

oder Fleisch-Hütten/ prout juxta locorum diversitatem vocantur. Quales officinae hactenus & publicae sunt & necessariae.

47. Hujus transgressionem Sodales ipsi atque Collegium observant & denunciant. Quando itaque Primicerius Annam Barbaram Spiesin/viduam tripliciter ex capite, quod ultra a) ratam, b) in consortio. exterrorum & c) privatim mactaverit, denunciabat, §. 31. Julii 1678. Senatus decrevit generatim: **Solten nicht über die Gebühr (h.e. den Hieb) noch auch mit andern / sonderlich Universitäts-Verwandten / letztlich nicht daheim / sondern im Schlacht-Hause schlachten.** Er cùm Martin Köfner Jun. denunciaretur Clam pecudem mactasse; Senatus perquisitionem domesticam, datò Vigilum Praefectò indulfit h 8. Martii 1679.
48. ISTHINC deniq; Privati, maximè verò Vicini, & ex his praeter reliquis Literati praecclusivè adversus Opifices officinam viciniae noviter illaturos, si ars citra strepitum, foetorem vel ignis periculum exerceri non possit, conqueruntur, atque aliò, seu extra urbem, seu ad loca intra urbem inculta commigrare desiderant. Quà ratione non cuius Opifici promiscuè officinam, quantum quidem ad locum instaurare permissum est. Et si res deveniat ad contradictionem, Magistratus interponet auctoritatem. Qua de re in nostro Tract. de Jure prohibendi parte posteriori pluribus.
49. Circa officinas publicas certò locò institutas, alia Quaestio fuit excitata: Utrum Forenses, seu exteri Opifices, qui jure fori apud nos fruuntur, ad eandem

dem adstringendi sint? Sic, ut v. g. Lanii Lobedani pecora sua, quorum carnes ad forum nostrum delaturierant, in Laniena Jenensi mactare, adeoque viva huc adducere debeant. Ratio quidem sat plausibilis videbatur, quod ad curam Magistratus pertineat, in carnibus, potissimâ rerum venalium & comestibilium quidem parte, circumspectum esse, nequid fraudis, aut quod sanitati noxium esset, committeretur. Quod, cum in suis vix præcavere possit, in extraneis impedire difficilius; adeoque non male urgebit extraneorum cum civibus conformitatem; ne hinc illi deterioris sint conditionis.

Ea de causa Senatus Jenensis per literas admonuit Lobedanum, uti Laniorum suorum actiones diligentius observaret, ex quo nostratium aliqui deprehensi fuerint mactasse, quod carnifici postea tradendum fuerit: rogavitque uti suos ad Lanienam nostram remitteret. Cujus ergo gratias Iste agere, atque ad similia officia præstanda se offerre. Sed alterum petitum grave suis aestimare. Quod si enim mactationes suas Lobedani Jenæ peragere deberent, & ipsi & oppidum illud incommoda sensuri sint: Illi quidem, quod pro luendis, purgandisque intestinis, peculiarem focum atque ignem hic alere opus habituri, Cives autem ceteri necessariâ carne carituri sint. Velle autem se peculiare constitutuere *Lustratores*, citra quorum permissionem pecora mactata nec dissecare, nec carnes divendere Laniiis liceat. Data sunt responsoria die Solis post purificat. Mariæ A. C. 1571. Atque ita hæcenus servatum fuit.

Porro (3.) Officina aliæ PERSONALES sunt; quas

quas singuli formant sibi, Quæ cum unoquoque Magistro nascuntur, ejusdem personæ adhærent, & vicissim cum eo commoriuntur; adeoque arbitrariæ sunt, ut Sutorum ac Sartorum, & quæcunque in Collegiis liberis & ad certum numerum aut fundum non restrictis habentur. Aliæ REALES, statæ, & ut ita dicam, æternæ, quæ seu fundo adhærent, atque eatenus immobiles sunt, ut Furni Pistorum, seu hæreditariæ factæ, ut Cerevisiæ Coctorum, Chirurgorum Tonstrinæ, in hac quidem civitate, Tinctorum, Typographorum.

52.

Alicubi juxta Chirurgorum & Pistorum officinas, Sutrinæ quoque reales & scamno seu mensæ inhærentes sunt, ut in Lusatia & Silesia. In Breslau haben die Barbierer / Becker und Schuster ete ne gebundene Zunft. Denn ein ieder Barbierer muß seine Werckstatt / ieder Schuster seine Schue Banck / ieder Becker seine BrodBanck und Laden / wie auch iederweder Fleischer seine Fleisch Banck haben / und werden daselbst in Groß- und KleinBäncker getheilte.

53.

Heic loci *Pistrina* quidem sunt realia, fundata super furno, ut non liceat magisterium ambire sine denominatione vacui alicujus clibani. *Chirurgorum* Collegium numeratum, qui eorumque officinæ in heredes transitoria sunt, Loco tamen ita non inhærent, quin conductor, ex cum illis convenit, pro lubitu tonstrinam instaurare valeat. *Lanii*, qui sub Curia Senatoria tabernam carnariam possident, tantò quidem cæteris, qui sub diu in foro publico exponunt carnes venales, sunt locupletiores; Non

ta-




tamen Jus amplius ob id habent; haec hactenus igitur magisterium liberè quilibet suscepit.

(4.) Dividi possunt in puras & infectas; à moribus videl. opificiariis; quando alicui seu Magistro seu Boëtho dicam scripserunt, ob vitium quoddam opificiarium: quò ipso & officina inficiatur, ut quicumque operandi gratiâ isthuc commigrat, contagium attrahat: quia commuicet cum excommunicatis, quò de conf. Magistrum *Cap. IV. S. 4. n. 129.*

## CAPUT III.

## Correlationes.

fficinam si penitus intuearis, ex genere deprehendes eorum esse, quae sunt ad aliud. Quoniam enim specierum producendarum gratiâ habentur, evenit, ut referantur partim ad eum, qui isthic occupatur, partim ad manufacturas inibi producendas. Subjectum igitur seu Persona, Magister est quisque artis suae; atque aded sequitur Neque Officinam sine Magistro esse posse, neque magistrum absque Officina. Quia Relata se mutuo ponunt & tollunt. Atque refertur, tempore quodam Doctorem aliquem salutatum venisse alterum, & cum exiguae hic bibliothecae possessor esset, dixisse: Salve Doctor sine libris! Contrà cum hic amplissimam offenderet apud illum bibliothecam: dixisse: Salvete libri sine Doctore. Tanquam uterque absurdum in correlatorum defectu ostendere voluerit.

- 22  
56. *Quaeritur hinc: An forsan & Opifex detur sine Officina?* Id, quod multipliciter accidere credas: Dum v. g. Illi, qui aedificia, seu privata, seu publica, lapide fossili aut coctili, *Schiefer- und Siegel Deckel* laminis cupreis vel scandulis ligneis, fasciculis denique stramineis tegunt; in re utique aliena versantur subdii agunt, aliorum opera cepta solum peragunt, & re confecta domum revertuntur, nullam ullibi officinam instruendo. Lanios certe peculiarem non oportet habere, quando ad publicam constringuntur lanienam. Ab utrisque parum absunt Fabri lignarii, Murarii, denique Restiones, de quibus supra.
57. Adde, Quod non solum Magistri Artifices patiuntur se quandoque a Patribus familiarum conduci, ea lege, ut penes ipsos operentur, *lassen sich ins Haus bestellen*: quorsum sane officinam haud transferunt: & si possent non faxint tamen: Ne interim opera domestica cessent, *Die Werkstatt stille stehe*. Nec rarum, quod Boethos ad domum ablegent, *einen Gesellen ins Haus stellen*: cui jus officinae nequam attribues, aut valde absurdus opificiarius eris. *Solten einem wohl das Wende-Messer drüber geben* Veram hinc credideris, Dari utique Artificem citra officinam.
58. *Contra videbatur Dari & Officinas sine Magistro: casibus, ubi forsan Nobilibus datum est Jus Fabricae hereditariae, einer Erb-Schmiede*: cui pro exigentia rei familiaris temporarium praeficiunt sive Magistrum & vicinia rogatum, sive peregrinantem boethum ex ipso itinere retractum, brevi, necessariis scilicet rebus confectis, rursus dimittendum. Sive enim habeant

beant, conductum, five nullum, utroque casu vacat: 10  
 priori videlicet Fictione juris, quia qui adest, non ut  
 Magister & Dominus, sed Minister rei alienæ est; Po-  
 steriori reverà: est enim officina clausa.

Ac memini, Fabricam ejusmodi hereditariam, 59.  
 Nobilibus ab Harras in Osmanstedt competere; Colle-  
 gium autem Fabrorum Vinariense voluisse, ut Boë-  
 thos subinde admotos curent penes se Magistros crea-  
 ri; ad effectum, Ne Boëthus Magistris, quantum ad gu-  
 bernationem peculiaris officinæ, sit æqualis. Forsan in  
 rei veritate, ut jus hoc ipsis redderent onerosum, at-  
 que ob id tædiosum. Nec enim quisquam Boëthus,  
 ob temporariam hanc præfecturam, suos impensu- 20  
 rus erat nummos: Magister autem regi à Nobili quoad  
 negotia artis non velit; E. nec Nobilis suo jugo sibi at-  
 trahet malum, impendendo sumtus Magisterii, ut  
 postmodum habeat subditum obstinatorem.

Enimverò, manet firmum, Neutrum esse sine 60.  
 altero, seu reverà seu per fictionem; seu actu seu po-  
 tentiâ: Magna an parva sit, pro rei exigentia, ad rem  
 ipsam non attinet. Ita Tectores illi omnis generis,  
*Schiefer- und Ziegel-Schindel- und Stroh-Decker*  
 non sunt absque officina, quam vel in ipso tecto con-  
 stitutam habent. Sicut enim juxta Proverbium:  
 Ubi Imperator, ibi Roma: ubi Prætor, ibi Tribu-  
 nal; ubi Judex, ibi Judicium, tanquam officina ad-  
 ministrandæ Reipubl. & Justitiæ: Ita, ubi Tector,  
 ibi regularia officina. Neque verò ab unico actu  
*impositionis* mensurandum ipsius officium; est enim  
 ille ultimus, sed ubi præparat res, ad agendum se in-  
 struit. Planè ut ab executione sola metiri non decet Ju-  
 dicis officium. Ita

- 74  
61. Ita porro Lanus, seu domi seu in publica maestet  
laniena, Illa ipsa officina est; publica an privata, pe-  
culiaris an communis, arbitraria an necessaria: ad  
Officina essentiam omnia hæc non attinent. Ita  
quoque Fabrilignarii seu aream den Zimmer Hof  
seu campum occupent, uff der Zulage/ non sunt  
absqve officina: hoc solum refert, quod in area con-  
clusa res suas liberius agere possunt, nec impedi-  
ta aut turbationes, nec furta instrumentorum me-  
tuentes: Nisi quod & ab ipsis ædificii dominus der  
Bau Herr securus sit subtractionis lignorum, daß  
die Spitzen und Enden nicht vertragen werden.
62. Ad locationes operarum, & ablegationes boë-  
thorum versus domum Respondemus: Habere officina-  
nas, in sensu absoluto consideratas, rationem totius  
alicujus corporis; totqve partibus constare, quot sel-  
las per cujusvis Collegii statuta aut mores cuius Mag-  
istro licet habere constitutas. Sive igitur boëthum  
unum atqve item alterum ableget, sive ipsemet va-  
dat ad domum, Non integram officinam opus ha-  
bet transferre, sed coetera sella una cum jure integri  
remanent in loco, ubi jus radicatum habent. Neqve  
gloriabitur boëthus ablegatus foris de jure officinae,  
quod imò fatebitur domi penes Magistrum esse, atqve  
sicubi quò instrumentò habet opus, ex officina di-  
xerit apportaturum. Magister etiam cum reliquis  
domi in officina operari pergant, non attentà sellà  
tanquam parte aliorum translata.
63. Restiones quod attinet, habent illi duum gene-  
rum manufacturas, Breviares, quas domi commode  
torquere valent: & longiores, quas utiqve sub diu &  
in

in campo satis protenso elaborant, sed & illum locum officinam reputant, & dicunt eiam die *Weyde Werckstatt*. vid. Boëth. cap. X. n. 566. Fabri denique suarum quoque Officinarum itidem partes intellectuales habent; non Sellas tamen, quia stando operantur, sed *Foderungen* dicunt. Quanquam non ignorem, Operas intelligi, quot recipere liceat: Atque boëthos eundem sæpe duodecim vel etiam plures simul alere. Sed eadem est ratio & habitudo sic dictæ Promotionis, lingua suâ, ad Sellam cæteris ita dictam, daß *Sie so viel Herren oder Kuntzen fördern dürfften*. Numerus Boëthorum illis adnumerari vel ea propter nequit, quod uni soli nequeat opus committi, valeantque plures pro uno.

Adde, quod non tunc domum operari incipiunt, cum lignum ligno commensurant, adjungunt, & simil. Verum retrò, cum ichnographiam operis domi, non absque meditatione conscribebant. Idem de Murariis esto judicium: qui & ipsi lapidi lapidem superponendo, saltim applicant & exsequuntur ab se confectam ideam. Denique Fabricæ illæ nunquam sunt sine Artifice, seu actu seu potentiâ: facultas ipsa durat, etiam cum ob perfectionem operarum cessatur. Perinde ut in servitute itineris & aquæ pluvix; quas aliqui perperam faciunt discontinuas. Et, si cessat operarius, non propterea tamen jus suum remisit Dominus.

Est igitur Subjectum seu Persona, ad quam referatur Officina, proximè quidem, atque certis casibus subordinatè, quicumque ipsemet operandi gratiâ ibi commoratur. Remotè autem ac per directionem,

D

cui

cui specierum fabricandarum Jus, ex privilegio, an sub jure, ut Principi competit. Ita jus Armorum, Monetæ, Metallifodinarum de Regalibus est, ac Principi competit, qui suas habet undique officinas. Et tamen Artifices probatos illis præficit, **Durch Zunftmäßige unbescholtene Leute bestreiten lassen.**

66

Idem juris est, si ad intermedios, seu per modum feudi, seu privilegii tale aut simile jus, cujus ergo officinæ habendæ sint, devenerit. Sicuti Fabrica illa hereditaria Harrassiana. Istud verò miratur Sprengerus *Lucernâ Imperii p.m.243.* Quòd Augusta Vindelicorum LANIENA sit subfeudum Imperii, quò Senatus investiatur à Comitibus de Walberg. Obiter addo, ad similitudinem Fabricæ hereditariæ, dari & Tabernæ hereditarias, **ErbSchenkfen/ErbKreuschmar**: quibus itidem à Dominis præficiuntur Oeconomi; adeoque neque talis Procurator est sine Popina, neque officina hæc sine administratore.

67

Utrum autem de cœtero quilibet Artifex jus officinæ habeat: seu, quo ipso Magisterium à Collegio suo consecutus, instaurare valeat Ergasterium, in eoqve Boëthios constituere? Quæstionis est. Et distingvendum inter Officinas Reales & Personales. Illas adeò non licet Magistro pro lubitu instituire, ut nec Magisterium consequatur sine illo; sed necessum habeat, tempore quò nomen apud Collegium pro consequendo Magisterio profitetur, bey der **Muhlung**/ officinam vacuum denominare, cui jus suum superstruat, **Muß uff eine ledige Werkstatt muh-**  
ten/

ten / quo obtento, non instaurat, sed continuat  
 Officinam.

Tales Officinæ penes nos sunt Pistrina, certò 68.  
 numerò, quondam & loco definita: de quibus ita  
 cautum habetur Statutis de A. M. D. XC. 27. Aug. ar-  
 tic. 15. Nachdem ehliche Jahr hero viel neuer Back-  
 stätte / und also immer eine über die andere er-  
 bauet / dahero es auch viel neuer Meister gegeben /  
 welche einander durch solche Überhäuffunge mehr  
 gehindert als gefördert. Als ist im gangen Hand-  
 werge für gut angesehen / auch mit sonderbarer  
 Einwilligung aller dreyer Rächte geschlossen wor-  
 den / daß forthin in der Stadt Zehna und dersel-  
 ben Vorstädten / mehr nicht als XXIII. Back-  
 stätte sollen verstattet / auch dieselben an keinem  
 andern Orte / als wir hier verzeichnet / zu erlan-  
 gen solle nachgelassen werden. Nemlich: In der  
 Johannis Gassen zwo. Als eine in Hansß Fied-  
 lers Hauße / zwischen Nicol Bräuningen und  
 Valtin Buchnern. Die andere in Martin Fleisch-  
 hammers Erben Hauße / zwischen M. Benedicto  
 Agricola und Valtin Brehmen gelegen. Er ita porro:

Abinde tamen recessum, ex quo Divina Cle-  
 mentia placuit Loco, potissimum etiam populositate,  
 benedicere. Sic ut hodie in platea D. Johannis qua-  
 tuor pistrina actu ipso exercentur, præter istud,  
 quod Senatus intra portam Johanneam noviter in-  
 struxit: pro nunc autem quiescit. Quid juris er-  
 gò, dixeris, si adsit Candidatus, vel etiam plures, nec  
 tamen vacua proestet Officina: Num ferent repulsam  
 immeriti? An ergò non plures recipiant erudien-  
 dos,

dos, quàm opus fuerit officinis, ut ita loqvar, maritandis? Sed unde retrò constiterit Contribulibus, quo annò una aut plures sint vacaturæ, ut nec tardius nec pauciores receperint? Talis igitur cautela insufficientis.

70. Qvare aliud expediens inveniendum, Ut cujus res non patitur, ulterius ministrare sub habitu Boëthi, Magisterium ambiat super officina primò vacatura, & sic interim imaginaria; atque utatur tunc jure Magistrorum decrepitorum, vel eorum, quos fortunæ iniquitas furnò quem possederunt, ejecit, atque negoriabitur in farina; sicut aliarum artium faciunt Magistri: v. g. Sartores, quos Domini defecerunt, negotiantur in Camisis, ac sunt Industarii, vulgò *Hosen Röche* / de quibus in Magistro cap. XVI. §. 2. n. 609. seqq.

71. De cœtero Juribus Collegii, gaudebit æquali cum iis, quibus actualiter est furnus: quemadmodum pro nunc Michaël Blumstein dudum à Collegio coopatus, atque etiam nunc furnò potitus nullo, sed juxta vinum adustum farinam exponit venalem, ramen ei hospitium Boëthorum est assignatum, isti *Water uff der Herberge*. Sed, cum tenuis hac farina ceperit esse negotiatio fœminea; *daß Weiber damit geböcket haben* / Ad infantiam Pistorum Senatus eà interdixit prohibens quascunque de Collegio Pistorum non existentes.

72. Ulterius quæritur: Si cui sit fundus, in eoque rivus juris privati: Ultrum Follonicam valeat instaurare: An vicini possint intercedere; & quamnam competat actio? Apud Trebatium relatum est, Eum  
in



in cuius fundo aqua oritur, Fullonicas circa fontem instituisse, & ex his aquam in fundum vicini immittere coepisse. Ait ergo: Non teneri eum aqua pluviae arcenda actione. Si tamen aquam contrivat, vel si spurcam quis immittat, posse eum impediri, plerisque placuit, *l. 3. pr. ff. de Aqv. pluv. arc.* Sed an aqua pluviae actione? disting. aut de Ductione conqueruntur, & Aff. aut de Inquinatione; & erit Legis Aquilia.

Sed, An, cui Ususfructus domus competit, possit sit Pistrinum, Fullonicam & alia publica meritoria instituerè? Balneum forsan: Diversorium. *l. 13. §. 8. ff. de Usufr.* Equidem videbatur: quia Ususfructus in multis casibus pars est Dominii, *l. 4. ff. de Usufr.* tantum ergo licebit Fructuario, quantum competit Proprietario: maxime, quia per hoc augetur conditio rei. At foret ingratitude, prohiberi fructuarium, ostendere domino viam, efficiendi rem fructuosiore. Talis Proprietarius laborat contra propria commoda. Et, quum per hoc, quod Fructuarius interim lucratur, Domino decedit nihil, magna videtur invidia esse: per *l. 1. §. 11. l. 2. §. 5. ff. de Aqv. pluv.*

Enimverò, Ususfructus, ut ratione personæ, sic quoque intuitu rei, aliquid individuale est, ac videtur sub certa forma constitui: Nihil ergo mutari debet; Alioquin ususfructus interibit. Ususfructuarius novum rectorium parietibus, qui rudes fuissent, imponere non potest: quia, tametsi meliorem, excolendo ædificium, Domini causam facturus esset, *l. 8. ff. de Usufruct.* Non tamen id jure suo facere potest. Aliudque est: Tueri quod accepisset, An  
D 3 novum

novum faceret. *l. 44. ff. de Usufr.* Sed nec ædificium positurum in fundo, nisi quod ad fructum percipiendum necessarium sit. *l. 3. §. 6. fin. cod.*

75. Sed quid si Balneum jam sit in domo, modò quòd in usum Domini privatum sit comparatum? Ne sic quidem efficiet meritorium. Ulpianus existimat, non rectè, nec ex boni viri arbitrato facturum, si balneum sit in domo, usibus dominicis solitum vacare, in intima parte domûs, vel inter diætas amœnas; si id locare cœperit, ut publicè laver. *d. l. 13. §. 8. ff. de Usufr.* Erat hoc, secreta domûs publicare, sacra quasi profanere; rem in alium usum, communem convertere, & sic formam ususfructûs interpolare. Forsan non est, de ipsius Domini professione. Forsan nec facultatum; ut si magnum apparatus officina sit desideratura Opificum? *d. l. 13. §. 6. pr.*
76. Illa non infrequens nec inelegans est Quæstio: Utrum una eademque Officina binos admittat Magistros? Pro Affirmativa facit dubitandi ratio: Quòd habeat hoc speciem Societatis: at verò Est illa, ex genere, permissorum. Mercatoribus utiliter practitari solita: Quid enim, si ars aliqua sumtuosa sit, cui unus non sufficiat? dixeris: sicut mundus non fert nisi unum solem, Regnum unum Regem, sic Officina opificaria non admittit juxta alium Magistrum. Esto: Sed, quid si alter eorum sub schemate Boëthii operari, suasque operas alteri locare velit? Tunc sane solus alter, ille qui eum conduxit, caput erit Officina!
77. Et novi sane exemplum, quo bini Typographi, Caspar Freyschmied & Georg Sengenvald Officinam

collatis sumptibus heic loci instruxerunt, atque aliquandiu conjunctim administrarunt, donec quisque distincto corpori parando sufficeret. Præstaret sane, forsân egenis Magistris, vel in societate ad sufficientiam adolescere, quàm rigore morum opificiariorum pessundari. Solent quoque aliquando juniores Magistri aliquandiu penes Parentes, sepositò quasi statu Magisteriali subsistere, donec ad eam pervenerint fortunam, ut suis auspiciis operari valeant.

His tamen nequicquam attentis, Mores opificiarium neutrum, neque societatem neque subordinationem admittunt: Non *priorem*, quia aut in diversis operentur officinis; & qualis hæc foret societas? requirat enim ea, ut inter Mercatores numerorum, sic inter Opifices operarum conjunctionem: Quod si ergò idonei sint seorsim operari; quæ necessitas eos impulerit ad societatem? Secedant igitur pactis, qui sejuncti sunt habitatione & operis: Aut in eadem officina; & continget duplex absurdum opificiarium: Officina biceps, & duæ personæ, quarum neutra nec Magister nec boëthus purè existat.

Non *Posteriorem*. Quòd itidem eventurum sit, eundem & Magistrum & Boëthum esse; contra principium universalissimum: Idem non potest simul esse & non esse. Longè autem absurdus dictus foret: Neutrum planè esse. Qua enim ratione vel Magisterium ita tacitè amittere potuerit, quod tanto cum apparatu nancisci opus habuit? Aut si contemnit, indignum eo se reddidit, neque recuperare debet, neque nunc agere perget: quia vel sub aliquo habitu & consideratione debeat esse: alioquin operari non per-

permittitur, Quomodo enim se ad hos actus qualificaverit?

80. Ampliatur, a) Ut nec Filium neque Generum liceat Patri vel Socero adsciscere: Quia nescio quid monstri hos invicem adversus cæteros Contribules alere metuunt. Unde 1.) LANII Ciz. d. 23. Julii 1682. exceperunt, *zwey Meister könten in einem Hause und uff einer Banck nicht schlachten. Es wäre dem Rahts-Recess zu wider/ Und bereits vorher Hans Reinhard und sein Sohn nicht schlachten dörrffen.* 2.) SUTORES ibid. d. 19. Octobr. 1687. adversus viduam Klahrianam conquesti, cum filio Ferdinando tenus hac eandem exercuisse Officinam. Allegare quidem eam: quòd opificium pro filio dimiserit, nunc istud resumere placeat, &c.
81. Collegium 3.) SARTORUM hujus loci Matthæo Hirschen/Contribuli suo expulsionem Generi sui, sub multa lapidis ceræ etines SteinWachses (ita dicimus quintam centenarii) ob contumaciam injunxerat: approbante postmodum Senatu § 18. Aug. 1675. Reus quoque partitionem ac dimissionem pollicitus. Ita 4.) Collegium CORIARIORUM Sichardum. Contribulem suum ad fortitionem recusabat admittere, donec à Socero suo Stellinio emigraret; quod itidem Senatus 22. Maji 1676. approbavit. Idem 5.) in causa Tondorfiorum Patris & filii ab eodem Collegio antè servatum fuisse, tunc à Reis allegabatur, atque ad eò ad Observantiam provocabatur: cui vel hæc sufficere poterunt exempla, quæ forsan non deforent plura.
82. Ampliatur b) ut nec si officinas ab invicem se-

gregare, in eadem tamen domo remanere parati sint. *Zwo Werckstedten in einem Hauße würden nicht geduldet.* Sanè, non tam causam prohibitionis, quàm Occasionem ejus mirari subit. Quare illi, qui tamen agrè coeteroquin ferunt, quando aliquis suæ artis in viciniam ad eos commigrat; tantquam partem iis sit factururus, scil. operarum ac redituum, dum ad eum dilabi possent, qui alterius operam quærebant: ut est genus hominum invidum. Nunc tamen ita arctè coalescunt, ita tenaciter coherent, ut poenalibus etiam præceptis agrè divellantur.

Causas dispellendi eos, Collegium habet partim<sup>83</sup> apertas, partim arcanas; quas metuere dicebamus modò. 1. Dissidia, vel contrà, Collusiones Boëthorum, *das Gesinde werde sich entweder gar nicht/ oder allzu wohl vertragen/ und mit einander parthieren*; utroque casu negotia & Magistris & Collegio facesserent. 2. Machinationes autem Magistrorum adversus Contribules: cùm tamen Collegia pro scopo intendant æquilibrium omnium Sodalium. Tandem etiam 3. ad Exteros recurritur, quorum metuant diffamationem: tanquam non observentur mores opificiarum: *als ob man nicht Handwercks Gewohnheit halte.* Hoc est ultimum eorum refugium.

Quare autem alteri illi, Collegio sic in eos a-84. nimadvertendi occasionem præbeant; atque Quid illa coalitione intendant? Non erit admodum difficile; Expendenti primò omnium Naturalem inclinationem locupletandi citra onera. Verum equidem est,

naturalem parentum ad liberos propensionem difficulter pati, ut abstrahantur atque invicem divellantur. Sed nihil agunt, hoc allegantes; pretextus est & color duplicata quæritus officinæ, quam externâ specie, & cum onera sufferenda sunt, das Handwerck zu verfteuren / die Wach verrichten / unam caufantur; sed clam quisque tot boëthos collocat, quot seorsim permiffi forent. Id olfaciunt coeteri, exemplis edocti; Forfan existunt, qui exercuerunt ipsi. Man sucht keinen hinter der Thür ic.

85. **Conversâ vice,** (v. n. 66.) **Quæritur:** Utrum uni eidemque Opifici Magistro licet binas vel amplius habere Officinas? Sed: quum infra, de Adjuncto Numeri ex professo de hoc articulo sumus acturi, sufficiat h. l. saltem ob affinitatem tetigisse. Istud adhuc antè, quàm ab hoc de Subjecto seu Personis, capite discedamus, expediendum erit: Ecquid Clerico aut Clericis generatim Ergasteria seu possidere seu exercere licitum sit? Ratio pro Affirmativa videtur ex tractatu de Jure Colleg. cap. IX. §. 21. n. 820. seqq. & Magistro cap. XIV. §. 50. n. 507. seqq. desumi posse; quorsum, ne actum agamus, brevitatis causâ remittimus.

86. **In contrarium est can. 2. & 3. Dist. XLIV. Quòd nec ingredi, minus habere ipsummet, nedum aliis ministrare in ergasteriis Clericum deceat. An Ordines distingvemus, ut qui sunt in Superioribus, qui Sacri & majores dicuntur; vid. Erotem. Desselii ad Tit. de Tempor. Ordin. Qv. 2. p. m. 42. & qui habent beneficia curata, de quibus Idem ad T. de Prabend. & dign. Qv. 6. p. m. 177. exaudiamus: Ut sic non obster,**

stet, Ludimagistros paganicos plerumque Opifices simul esse: juxta loca à nobis allegata: Quia sint in Ordinibus minoribus, nec beneficia possideant curata. Imo discrimen istud Ordinum in nostris Ecclesiis tam curatè non attenditur: in *canone*, autem *2. dist. XLIV.* applicari non permittitur.

An dicimus E. Ergasteria ibi non Officinas denotare Opificiaras, sed Tabernas cauponias Schencken/ juxta tradita *sup. n. 9.* cum, quia vel introitus ibidem est illicitus. At verò quamdiu Clerici re vestiaria opus habent, evitare commercia Opificum isthuc contribuentium nequeunt. Ecquid enim ad puritatem Clericalem conferret, Officinam evitare, Opificem autem ad domum accersere? Sanè Locus per se solus haud inquinat: Quicquid enim habet, à persona est; & si ea capax est suam inficere Officinam, inquinabit & Clerici cellam.

Tum, quia in allegata *Distinctione XLIV.* de regg. opificiaria non agitur, in se an licita sit, an Clericum deceat vel minus; sed de Comestationibus: Ebrietas & Voracitas prohibentur, quam sectari Clericus videtur, qui Popinas intrat: & in universum, qualiter ad mensam in quovis convivio se gerere debeant; ut ex *can. 6. seqq. ad fin.* patescit. Sed & ex declaratione in *can. 4.* colligitur, quod nisi ex necessitate compulsi, dum v. g. peregrinantur, tabernas ingredi non debeant. Aut E. exceptio non foret de regula, aut oportet canonem tertium ex quarto explicari.

Nihilo tamen minus tenendum, Clericos non oportere officia exercere, atque ea propter ordina-

rias officinas habere; sed, ut Nobiles ex redditibus suis, Ita Clericos ex beneficiis vivere decet. Nec juvantur exemplò Apostoli Pauli, qui & Clericus fuerit & artis Scenofactoriæ *Actor. XIII, 3.* Quoniam primò ex more gentis id fiebat, ut juxta studia liberalia mechanicam addiscerent; sed vel animi causâ, cum à studiis vacarent, vel in usum suæ personæ. Deinde Apostolus nullum beneficium, certè alicujus loci fixi, habebat, sed Gentes obambulabat, & quò minus ecclesias aut noviter conversos oneraret, suâ manu operabatur: & sic jure suò: ex Evangelio vivendi *1. Cor. IX, 14.* rigidè volebat uti. *vers. 17. ibid.* Quibus E. de redditibus ecclesiasticis prospectum est, mechanicam artem exercere non habent opus. Denique Mores hodierni sic non ferunt. Hæc dies aliam vitam alios mores postulat.

## CAPUT IV.

### Officinæ Status.

90.



St deinde alia Officinæ relatio, ad Opificium, cujus exercendi, ejusve manufacturarum elaborandarum gratiâ comparata est: atque adeò ad ideam, h. e. qualiter genus opificii & manufacturarum fabricatio exigit, disponi atque instaurari oportet; ut ad introitum atque conspectum ejus quisque sciat, cujus opificii sit, quorsum quadret, an idonea & sufficiens ad obtinendum finem. Et non solùm quàm oportuna, *Ob sie auch beqvem und wohl angelegt:*  
nam



nam hoc saltem ad bene esse pertineret; verum operantibus etiam nil desit aut obsit, ad species artis suae producendas: nec etiam aliis artis res producendas forsitan aptior.

Quemadmodum autem in re quavis alia, duo I. haec: Materia & Forma occurrunt, tanquam partes essentielles: Ita & in Officinis Idea quaedam est atque habitudo, qua conclave vel quodlibet  $\pi\delta$ , in quo Opifex vult aut debet juxta artis suae exigentiam operari, ita est dispositum atque instructum, ut positis caeteris, Artifice, Instrumentis, Materia, non possit non sequi desideratus effectus. Sicut autem forma interna invisibilis est: Ita & in Officina per ejus dispositionem atque apparatus, mente solum nostram ducimur ad artem ejusque effectum cogitandum, atque insimul rationem formalem Officinae nobis imaginandam.

Forma *generica* est, qua simpliciter Opificium innuitur; atque à Musæo Doctoris, Taberna Mercatoris, Armario Militis aut aliis professionis, generatim secernitur: quod ea omnia Spectatorem aliud deducunt atque aliam extra professionem mechanicam commonstrant. Forma *specificata*, qua opificium certi generis, Fullonica, Textura, Sarcinatoria &c. indicatur: quod agunt Opifices, dum foris certum signum, Sutores ocream, Sartores forficem, Chirurghi pelvim, (& ita porro,) quid suspensum habent: Ac dum aliqui nomen etiam, vel certe literas ejus initiales adponunt, Individuum etiam significatur.

Materiale Officinae constat ex certo spacio, libero aut concluso, pro re nata, ad operandum ea, quae

arti sunt propria disposito, ac necessariis supellectile & instrumentis instructo : Suntque adeo Totum, Partes & Supellex. Sed quorsum censemus Boëthos? Non certè ad Subjectum, seu personam, ad quam referatur officina; Is enim Magister est; Hujus illi sunt Ministri & Instrumenta, ut alibi diximus. Potius Officinæ quàm talis est, Partes integrantes constituimus SELLAS, unam, binas, ternas & amplius; quoras videlicet ex Statuto vel consuetudine locorum cuiusvis Magistro licet constitutas *besezt* habere. Sunt nimirum pleræque Sellulariæ.

94. Quare, si quod opificium est, cujus operationes *consistendo* peragantur, ut Fabrorum soleariorum ac lignariorum, Illorum non Sellæ dicuntur, sed Promotiones *Forderungen*; Non eo videlicet sensu, quod per nos Dominorum atque Conductorum opera ad perfectionem promoveantur, *die Arbeit befördert und die Runten gefördert würden*. Ne diutius sc. eodem loco consistere oporteat; Sed stylò magis opificiario, quod Boëthos conducendo, ex itinere seu peregrinatione ad officinam trahendo, operas & artē excolendi occasionem promoveant: hoc enim est *Gezellen fördern*/ v. de Or. jur. cap. IV. §. 7. n. 147. de Colleg. cap. XIIX. §. 10. n. 508. seqq. Ut adeo *Forderungen*/ non Boëthi sint, sed negotia per eos expedienda suscepta. *Artif. Pal. part. II. cap. VI. n. 316.*

95. Quibus positis concludimus: Oportere quemque Opificem suo solum opificio adæquatam & competentem habere officinam. Quia præsupponitur, non alias quàm suæ artis species producturum: & si alterius opificis manufacturas efficere conetur, Turbator foret.

foret. Sic Manubriarii (Capularii non furnum; nec  
Cultrorum cutores cochleam habere debent. Amplia-  
tur 1.) Ut nec ipsi furnum extruant, seu in suum, seu  
alterius usum: Extraneus sit an ex liberis unus. 2.)  
Ut nec concedant aliis isthic constituere furnum:  
pariter quicumque sint, liberi, cognati, Extranei. Pro-  
pter fraudes, quæ intervenire poterant, Wegen al-  
lerhand Unterschleiff, so dabey vorgehen könte/

Prout exsertim hæc ita caventur Statutis Cultra-  
riorum ditionis Steinbachensis: In Steinbacher  
Messer Schmied-Ordnung/ art. IX. Es soll auch  
kein Beschaler in seinem Hause weder für sich  
noch für einen andern / Es seyen seine Kinder/  
TochterMänner / BlutsFreunde / oder ganz  
Fremde / eine Messer Schmieds Esse zu bauen  
Wacht haben. Auch nicht befugt seyn/einen an-  
dern / Es mögen gleicher gestalt seine Kinder/  
TochterMänner / BlutsFreunde oder ganz  
Fremde seyn/ zuverstatten/ daß Sie in seinem  
Hause eine Messer Schmieds Esse anrichten / und  
darinnen arbeiten möchten / bey gewisser nahm-  
hafter Straffe. Und da sich jemand gelüsten  
lassen würde/ wider diß Verboht zuhandeln/ und  
in eines Beschalers Hause eine solche Esse zu bauen/  
Sollen die Messer Schmiede berechtigt seyn/ mit  
Zuziehung der Obrigkeit des Orts dieselbe einzu-  
reißen/ und Sich bey Ihrer Berechtigtkeit zu ver-  
theidigen.

Sed, quid si quis artem utramque rite didicerit, 97.  
utriusque licentiam exercendæ consecutus fuerit, ge-  
standen und vorkommen/ quemadmodum etiam  
olim

olim ars una, sed composita quasi fuit, atque etiamnum eodem Collegio continentur. Non erit, quare furnum negare valeant, cui Magisterium titulo oneroso concesserunt. Positò enim antecedenti, non possunt non dare & consequens. Concessò jure Sepulchri, Servitute aqua hauriendæ, Via quoque ad utrumque eorum inclusa censetur, *l. 1. §. 1. ff. Si Usufr. pet.* & qui committit alicui functionem, omnia videtur simul indulgere, sine quibus eam expedire non valet. Dum tamen iisdem legibus se submittit, quæ stringunt illos, qui furnum habere possunt.

98. Atque ita superiora Statuta quoque declarantur: Hätte aber ein Beschaler neben seinem Beschaler auch das MesserSchmiede Handwerk redlich gelernet/ und sein MeisterStück darauff mit verfertigt / demselben soll zu Treibung solcher beyderley Handwerge/ eine MesserSchmieds Ofen zu bauen nicht gevehret werden. Doch/daß Er solche für sich alleine gebrauchte/ und andern Beschalern ungebührlichen Unterschleiff oder Vortheil dadurch zusuchen nicht verstatte. Bey Straff 20. Rthl. welche halb beyderseits Obrigkeit / und halb dem Handwerck verfallen seyn sollen.

99. Circa hunc articulum quæstio de TRANSMUTATIONE moveri solet: Non absolutè quidem, An positis terminis habilibus, Officina certi generis in aliam valeat converti? Si forsan mortuus sit pristinus possessor, atque alterius opificii magister eidem in habitatione successerit. Nam ex vestigiis conspiciere licet, fabricam hodie esse, ubi quondam Esleda-

rius

rius fuit, & e contra. Sed, Utrum unus atque idem possessor Officinam suam, sui vel alterius usus ergo, in aliam speciem transformare valeat? Molendinum. forsan Olearium in farinaceum. *subrogat*

Qui intercedebant, duo præcipuè allegabant 100.

in contrarium: 1.) Præscriptionem centenariam; quanto videl. tempore Mola in eo statu duraverit: quasi teneatur eundem & posthac continuare, 2.)


Quia suis molendinis, cæteroquin valde oneratis, distractione hospitem erat nociturus, die Mahlgäste entziehen. At enim, Neutrum suffecerit ad desideratum scopum. Quia extractio molæ, seu ex integro, seu per transmutationem, Actus est meræ facultatis; quare, sicut superiori seculò licuisset, Ita hodiernum erit licitum, si non alius quis constituit se in quasi possessione Prohibendi, atque alter acquievit: quod hic non fuit allegatum. Quantitas autem canonis emphyteutici nullum dat jus, alios simile quid ausuros prohibendi, sed solum Licentiam Domino dem Grund Herrn hæc remonstrandi atque relevationem petendi: tanquam, quò tempore hunc constituit, jus solitarium respexerit.

Quare etiam his non attentis, contrarium adior. requisitionem Heinrich Dorn/ & consortes, Mensis Junii Anni 1630. responsam fuisse, recenset Richter *decis. V. n. 8.* Wenn gleich an dem Ort/ da ich Hans Billeb eine MahlMühle zu bauen sich unterwindet/ numehr in hundert Jahren nur eine DelMühle gestanden / auch Eure Mühle mit grossem ErbZinse beschweret. Dennoch/ woserne dieser Bau an Eurem bisshero gehabtten Wasser- gang

gang keine Verhinderniß bringet. So seyd Ihr gemeldten Hansen Billeb von solchem Bau der MahlMühlen abzutreiben nicht befugt. Quæ declaratio proficua foret, dum hanc docere potuis-  
sent.

## CAPUT V.

### Officinæ Locus.

102. ransformationi affinis quasi est Translocatio: Quoniam videlicet Localitas affectio corporum est, atque supra Immobilibus accensuimus Officinas, Quæritur: An isthuc id forte pertineat, Ne de loco ad locum transferantur? Sed primùm in genere de Loco tractandum: Ubi haberi queant? Duo autem spectanda veniunt 1.) Commoditas; quæ est quæstio facti, 2.) Licentia; quæ est quæstio Juris. Equidem in sua quemque domo habere, propter reliquæ familiæ simultaneam administrationem, foret commodissimum: Si contingat talem nancisci habitationem, Sed res angusta domi cogit plerosque ad angiportus, & loca obscura, hinter die Mau-  
ren/ubi rarior commæatio, ut non aut raro innotescant.

103. Quare, sicut Mercatores tabernas ad forum, in ipsam Curiam collocare solent; ita oportet & Opifices loca quærere frequentiora, ut præsto sint, vel obviam etiam fiant desiderantibus. Ita Salomon Schyveiger, in *Itinerar. Orient. Lib. II. cap. I. pag. 21.*

in f. scriptum reliquit, quòd Constantinopoli, in Cæsarei Oratoris Palatio, parteque ejus exteriori versus plateam, quidam Opifices suas possideant Officinas conductas, exercentve. Nec mireris, strepitum atque turbas eidem sic cieri: dum de cætero mundè satis habitare datum sit. Enimverò, Officinas ac furnos Fabrorum in Germania magis esse mundos, quàm dicti Palatii conclavia; testatur Idem eadem pag. paululùm retrò.

Accidit igitur, non plures modò Opificum, <sup>104</sup> Officinas in foro publico inveniri; verùm etiam, quæ ejusdem sunt generis, juxtim ad latus positas esse; nec minus jucundum spectaculum præbere transeuntibus, quando alter alterum elegantia manufacturarum studet superare, ac non nisi oculiferia exponit. Testem laudamus Olearium, *de Persia Lib. V. cap. IIX. p. 600.* Man siehet seine Lust/ wenn man in Städten über den Maidan und Besar gehet/ ic. *seqq. vid. hujus Part. I. cap. I. num. 21.*

Credideris igitur, Arbitrarium id fore, atque ex genere permissorum esse, Locum pro lubitu eligere. Quod hætenus concesserim, quatenus certum individuum, si plura vacare contingat, præoptare detur. Quantum tamen ad rem ipsam, in locis publicis consistendi, atinet, omninò necessarium esse potest. Non obstante libertate contractuum consensualium, qualis & Locatio est. Nam & emendi vendendique libertas ob justam & necessariam causam, §. 2. f. de his, qui sui vel al. jur. l. 34. §. 2. C. de Donat. §. f. in f. f. eod. l. 13. §. 17. ff. de Act. empt. l. 12. pr. ff. de Releg. restringi potest.

106. **Q**uare in non paucis locis necessariam opifices habitationem consequuntur, seu extra urbem, seu intra; certis plateis. In der Stadt Wyßbun hat man / als Sie noch floriret / keine Handwerker / als Becker und GoldSchmiede wohnen lassen. Haben Ihre Häuser alle aufferhalb / da iho Acker ist / gehabt. Hans Nielsen Strelon / ein Gottländer / und Superintend uff Gottland. in seiner Dänischen Chronik.
107. **C**ausa, quare sic constitui potuit, plures esse queunt; quoties videl. interesse publicum negotiis privatorum se immiscet. E quidem 1.) Securitas à periculo *incendii*, requirit, Officinas quibus ignis, aut cum alentes materiae, pix, oleum, segmenta lignea, pulvis tormentarius &c. tractantur, aut ab ædificiis atque habitationibus sint remotae, aut satis munita, ac purgata. Ita Tinctores, ac speciatim Pannifices ahenos tinctorios nec domi promiscuè collocatos fovere, sed distinctò prædiò habere jubentur.
108. **Z**uchmacher müssen Ihre Tuche in dem Kessel im Farbehauß färben / dörffen zu Hauß / sonderlich wo FeuersGefahr und Unlust der Nachbarn zubesorgen / keine eigene FarbeKessel anrichten. Ita Senatus ad instantiam Peilikia viduæ contra N. Hoffmann Ds. Junii 1676.
108. **E**x eadem ratione Restiones axungiam in ædibus suis atque intra muros excoquere vetantur Statutis Cizens. art. XLI. Weilen bishero die Meister dieses Handwercks sich unterstanden / die Schmie-re in ihren Häusern zu siedern und zuzubereiten. Solches aber ohne grosse Gefahr der Nachbarn und



und der ganzen Stadt nicht geschehen kan. Als  
sollen Sie sämtlich/ und ein ieder insonderheit/ die  
Schmiere ins künfftige für der Stadt/ auf einem  
offenem Plage/ oder doch hinter der Mauren/  
wo keine Gefahr ist zu siedem und zuzubereiten  
schuldig seyn. Idem servare nobiscum tenentur  
Typographi, atramentum suum cocturi.

Generatim Opifices, qvi igne opus habent cave-<sup>109.</sup>  
bunt, ne vel noctu, vel flante vento artē exerceant. Ad  
providentiam Magistratūs politicam pertinet, igne  
iis tum interdicerē. Hinc d. 12. Junii 1674. Sapo-  
nariis Cizensibus inhibitiō facta, hōc tenore : Dem  
albiesigen Seiffensieder Handverge/ wird Krafft  
dieses auffgeleget und anbefohlen/ Unserer publi-  
cirten Feuer Ordnung zu Folge / bey der Nacht/  
oder späten Abend unter Licht/ wie auch in star-  
cken Winde kein Unschlit auszuschmelzen/ Seiffen  
zu siedem/ Licht zu ziehen/ oder sonst starck Feuer zu  
machen. Bey Vermeidung der dictirten Straf-  
se eines neuen Schocks. Wornach Sie sich also  
eigentlich zu achten haben. Signat. &c.

2.) Puritas atqve mundities platearum, atque <sup>110.</sup>  
inde pendens aëris Salubritas. Ad Ediles sanè spe-  
ctat, non permittere, ut rixari in viis, ita nec stercora  
projicere, neqve morticina, neqve pelles jacere.  
*l. un. §. fin. s. ff. de Via publ.* Quòd fordida & male-  
olentia Opificia sint extra muros collocanda, scribit  
Harmenopul. *Lib. II. Epit. cap. 4.* Qva de causa ple-  
risqve in locis, Cerdones, Alutarii, Pelliones, Laniū  
extra urbem habitare, aut certè officinas foris habere  
tenentur, Cracovia, Polonia Regia, tribus contiguis

stat oppidis: Casimiria, Clepardia & Stradomirã  
 præter Judæorum & CERDONUM vicum. Lucas de Linda *descr. orb. p. m. 1139.* In hac nostra civi-  
 tate Alutarii omnes habent suas officinas juxta ex-  
 tra portam, ad sinistrum Salæ fluvii amnem, die  
**MühlBache/** quem tractum dicimus **unter den Ger-  
 beHäusern.** 1551. 29. Id. Laniena extra urbem extrui  
 jussa.

- III. 3.) Ad decorem civitatis, eundi agendiq; commo-  
 ditatem pertinet; Ne quis alius, nedum Opifices, seu  
 domum seu officinam nimium versus plateam pro-  
 tendat; atqve per id oportuna commigrandi ratio-  
 nem impediatur. Studebunt ergo & hic Ædiles, ut an-  
 te officinas nihil projectum sit vel propositum: Præ-  
 terquam si Fullo vestimenta siccet; aut Faber currus  
 exterius ponat. *l. un. §. 4. ff. de Via publ.* aut Vietor li-  
 gna doliaris, **sein Diepholz auffschranken/** ut scilicet  
 ad aërem & solem explicet. Quia in re tamen nec  
 alter insolens atqve arrogans nimis, neque alter in-  
 vidus existet, **Keiner sich unnachbarlich erweisen.**

III.

Quando igitur Ædarius conquerebatur adver-  
 sus Vietorem vicinum, quod struem ligni doliaris,  
**einen Schragen Kusenholz** ante aedes construxe-  
 rit, **auffgestapelt/** ob quam officina sua non possit  
 à suis emtoribus atqve conductoribus conspici: Pe-  
 tebat igitur Removeri: offerens iisdem spatium in  
 area post domum suam. Reus excipiebat: Suffi-  
 ciente spaciò struem hanc à janua ædium Actoris  
 distare, neminemqve, seu ab accessu seu contuitu im-  
 pedire. Brevi quoque post iri remotum: Ipsummet  
 Implorantem indigere vicinorum benevolentia, ante  
 quo-

quorum aedes & suas manufacturas collocare opus habeat: Indem Kläger öfter's selbst seine Arbeit dem Nachbar vor die Thür schieben müste. Senatus Implorantem audiendum haud esse censuit, 9. 18. Junii 1679. in causa Jobst Krafft contra Hans Adam Schüg.

In univ[er]sum 4.) ad bonum ordinem facit, Of. II. 3. ficinas opificum rite per civitatem collocare, ut & quisque sciat, ubi quoslibet invenerit, & illi mutuo possint esse adjutorio. Hinc non cultiores modò Gentes, Opifices ejusdem artis, in eodem vicò congregant, verùm barbaræ idem agunt, teste Geographorum atque Historicorum consensu. De Persia sic scribit Olearius *Lib. IV. cap. XXV. p. 463.* Zu Ardebil/einer Stadt der Persischen Landschaft Adirbeitzan, hat es einen grossen zierlichen Maidan/ Spazier-oder Märcktl Platz/ so 300. Schritte lang und halb so breit. Wß beyden Seiten mit feinen ordentlich gebauten Läden/ in welchen die Handwerker/ tegliche Zunftt absonderlich arbeiten. Zu Caschan in Persien/ rühmet Idem die gute Ordnung/ daß nicht allein die Kauffleute/ tegliche Ihre Handlung in absonderlichen Ort treiben. Sondern auch die Handwerker/ am allermeisten aber die Büliden-Stücl und Seiden-Würcker in offenen Gemächchen häufig gearbeitet/ daß Sie jederzeitman sehen könne/ *Lib. IV. cap. XXXV. p. 494.* In India quoque Opificia plateis distincta habitare, Hugo Linschot in *Itinerario Indiae* refert. Indi Pythagorici, qui Goam habitant, Auri argentique Fabri, peculiarem & ipsi habent vicum. Reliqui Opi-

Opifices, utpote Fabrilignarii, Fabri æris rubri seu cupri &c. quisque suos vicos habitat : Suntque Ethnici omnes, Gotoff. Archontol. *Cosm. fol. 293. b.* Idem Moschos, Turcos, Barbaram gentem, facere traditur.

115. *Quæstio* Post hæc igitur denuò recurrit *Quæstio* de Translocatione & separabilitate : Ecquid v. g. Domum vendere, retentò jure in ea pinfendi ? An versâ vice Pistrinum vendere de Domo liceat, eamque sic deteriorare ? Nimirum Pistrina quondam & numerò & locò descripta heic loci erant ; & in qua quodque platea reperiatur, & ibi relinqui nec novum extrui liceret. Per rationem, Ne cæteri Magistri, quibus non contigit adeò esse felicibus ac locupletibus, ut furnum in loco illustri & oportuno comparare sibi valuerint, deterioris sint conditionis his, qui fines ambitionis ignorant, loca subinde mutant, omnia perrepunt, pertentant, commodissima seligunt, & sic Contribulibus panem præripiunt.
116. *Quæstio* Occasionem suppeditavit paulò pecuniosior cæteris, qui aliquot pistrina cœmit, ac postmodum de loco ad locum transferre conatus fuit. Fundamenta quibus nitebatur, erant hæc circiter. 1.) Provocabat ad promissionem sibi factam à Senatu, de permittenda translatione. 2.) ad Observantiam, quòd antea sæpe similiter factum. 3.) ad Necessitatem faciendi : quia ex pistrino hæctenus possessò alter filiorum suorum fuerit à vicinis ob prætersum periculum expulsus, 4.) ad Commoditatem loci prætersi, quorsum velit transferre 5.) præterdebat Onera Tributorum de nudo jure pinfendi sufferenda, *müsse die ledige BackStätte terminlich verstreuen.*

Sed

10 : Sed intercedebat ex altera parte Collegium. 117. 11  
 ipsum, allegando in contrarium 1.) Articulum suorum Statutorum decimum, Ubi & numerus & Locus Pistrinorum determinetur, isque per observantiam tenus hac sit confirmatus : Igitur & posthac tenendus. 2.) Qvòd in Judicio contradictorio adversus Liborium quendam, Contribulens suum, in ædibus suis ad forum sitis, tale jus adornare atque stabilire attentantem, obtinuerint. Per rationem : Ne ad exemplum ejus cæteri, qvò quisquis per fortunam citius possit, Furnos quoque suos ad loca alia, quæ ucique visa fuerint oportuna magis, audeat transferre : eaque ratione Statuta & articulos usque huc sanctos ac factos perrumpere. Id quod citra reliquorum, qui æquè commoda loca sortiri non possent, præjudicium & contradictionem fieri non posset. Perpetua igitur Magistratui toleranda foret inquietatio.

3.) Locus quem intendat Supplicans, nimis propè attingat Curiam oppidanam seu Senatoriam, in eaque conclave Curie Provincialis : quibus & fumò furni & porcorum fœtore incommodaturus sit. 4.) Pistrinum hoc nimis propinquum foret tabernæ panariæ publicæ, de qua Collegium Senatui vestigal pendat annum : Hanc Supplicans obturaturus erat ac suppressurus. 5.) Superfiat Supplicanti alia pistrina jam tum perfecta parata, eaque in diversis plateis sita : quorsum filium, dum velit ipse, constituere posset commodè : Sin secus, unum dimittere atque Contribuli egeno vendere : Qvos utique rebus sic stantibus, ob pistrini defectum Mercenarios atque Tabellarios agere oporteat.

G

Atque

119.

Atque in hanc sententiam secessit Senatus: ultra superius allegata, motus 1.) Incendii ex vicinitate periculò; quod hinc quidem Curia, in eaque actis publicis; isthinc verò Stabulo Senatorio, **dem Marstall** / distincto à Curia ædificio, & ibi recondito frumento immineat. Nec non Diversorio publico sub signo Solis aurei; cujus contignationes posticæ, pariter ut stabulum Senatorium, scend atque stramentis soleant esse confertæ. Quibus insuper accedat vicinitas Popinæ publicæ, **der Barsch** / ubi ignis modò non perpetuus, & in ejus usum ligna jugi sint parata: atque adedò incendii metus geminatus.

120.

Deinde 2.) Ex vicinitate Tabernæ panariæ publicæ, Senatus metuebat alterutrius ruinam. Quoniam enim in favorem pistrinorum suburbicariorum, quin & intramuranorum illorū, quibus situatio minus commoda minusque frequentata obtigit, panarium publicum **die BrodBandt unterm Rathhause** institutum, eoque intuitu canon annuus Senatui penditur à Collegio: Sanè, florente pistrinò privato, desolabitur Senatorium, ac cessabit vectigal: Florente contrà panariò publicò, perperam ac frustra quæsi verit alter hanc commoditatem. De cætero Negabat 3.) jactatum à Supplicante consensum faciendæ separationis & reservationis.

121.

Supervenit Institor Popinæ Senatoriæ, deprecando fætorum, quem & ipse & Hospites percepturi sint ex porcorum vicinitate; dum fenestræ hypocaufti sui versus illam ipsam aream à Pistore occupandam, sint directæ: aut inutile futurum sit universum istud conclave. Causa igitur Ducali Rescriptò hujus tenoris fuit

fuit definita : *L. G.* wir haben verlesen hören/  
was Ihr wegen Conrad Müllers/ hiesigen Bür-  
gers und Beckers vorhabender Translocirung  
seiner/bey Verkaufung seines hiebevor am breiten  
Steine gebabten Bachhauses vorbehaltenen Bach-  
Serechtigkeit/ wiederum in Unterthänigkeit be-  
richtet. Wenn wir denn Eure disffalls dargegen  
angeführte Motiven dergestalt erheblich befunden/  
daß wir Supplicanten dahero zu deferiren Beden-  
cken getragen. Als begehren wir hiermit / Ihr  
wolltet Supplicanten bey so gestalten Sachen/ und  
biß zu besserer sich hierzu ereignender Gelegenheit/  
mit seinem Suchen vor dies mahl abweisen. An  
demerc. Jehna den 30. Martii 1674.

## CAPUT VI.

De

## Numero Offinarum.

**S**Ed isthac de Localitate : Aliud superest 122.  
adjunctum, N U M E R U S : qui quidem  
dupliciter se habet ; aut enim refertur  
ad integrum Collegium, totamque adeo  
Civitatem : aut ad singulos Magistros  
cujusque Collegii. *Priori casu* Quæstio est : Quotæ  
debeant esse alicujus Opificii Officina? in abstracto;  
vel in concreto : quoti Magistri, instructas officinas  
exercituri ? *Posteriori*, Utrum liceat uni eidemque  
binas vel ultra possidere Officinas, seu quiescentes  
& vacuas, seu in actu? besagte und gangbare Werk-  
stätten.

123. Quantum ad *prius* : Notandum , Collegia quaedam esse numerata ; seu, Contribules atque Sodales non ultra definitum numerum adscendere debere , nec compelli Collegium posse ad plurium membrorum receptionem , **mehrs keine Compen und Mitmeister uffgedrungen werden.** Cujus ratio in æquali distributione lucri fundata est ; Ne plures alicujus artis in Civitate sint Magistri , quàm genius loci ac status præfens requirit atque tolerat. Nam si plures cumulentur , unà ferri tenebuntur ; ac redactis , ad incitas omnibus , non supererunt , qui Civitatis prospiciant indigentia.

124. Numerum igitur Officinarum constituere , eumque seu coarctare seu extendere , ad Magistratum loci Ordinarium , quatenus ejus status atque privilegia permittunt , pertinet : qui id ex circumstantiis efflorescentis negotiationis , cui aliquod opificium inservit , æstimabit : Communicatò tamen antè desuper cum Collegio seu immediato & speciali , illius urbis ; seu generali , **Creußtade / consilio.** Prout circa officinas opificii Tonforum panni sancivit Invictissimus Imperator Leopoldus , privilegio per utramque Silesiam A. 1673. indultò. Verba quæ huc spectant , *art. 13. & 14.* ita habent.

125. Wann aber in einem oder dem andern Orte bereits gewisse Anzahl der Werckstätte ausgefetzt wäre / oder noch ausgefetzt würde / welches dem Magistrat eines jeden Orts / mit Vernehmung der Ober-Zech- oder Land-Meister zu determiniren / allein zustehet. So soll (14.) zum Meister-Recht Niemand zugelassen werden / Es habe sich denn eine



eine Stelle von solchen ausgeherten Werkstädten erlediget. Im Fall aber die Handlung / wie zu wünschen / wachsen / derer Tücher stärkerer Abgang erfolgen / und also denen Meistern die Arbeit zu viel werden möchte. So würde jedes Orts Obrigkeit und denen Meistern / Einen oder mehr Meister auffzunehmen / zu verordnen und zuverwilligen / frey und unbenommen seyn.

In nostra hac civitate, ante fundatam hic Academia, 126. Pistrina circiter octo fuerunt; quibus auctis, cautum, ne supra viginti tria esse debuerint. Chirurgorum sex tantum officinae tolerentur: Vietores ultra quatuordecim excrecere noluerunt. Balneatores bini, totidemque balnea publica; & sic exemplum eorum alii quoque Artifices, Pugiles, Comarum structores **Paruquenmacher** / & ita porro, Privilegia solitudinis aut numeri certè binarii impetraverunt. Accidit inde, ut non rarò vel Senatus Oppidanus, (ut in puncto Vietorum,) intercesserit: vel Artifices receptionem supernumerariam quæsiverint.

Rationes, quæ pro & contra militant, à Partibus hinc atque isthinc, plerumque tamen speciales, ad respectus personarum locorumve directæ, solent allegari; quæ eapropter aliorum nequeunt applicari: Atque adeò Decisio plerumque ex circumstantiis facti sumenda. Sic, quando 1661. d. 21. Martii **Georg Kerner** Lauenburgensis, qui chirurgiam Lunæburgi didicerat, sed perigrinando ad Empiricos delatus, Sectiones hærniarum & curam oculorum didicerat, utriusque etiam specimina ediderat, receptionem inter Chirugos humilimè petebat: Rescriptum Duca-

le ad Senatum oppidanum emanavit, de Partibus utrisque audiendis, speciatim autem Supplican- tem interrogando: Ecquid juxta chirurgiam Sectiones exercere atque Nundinas frequentare intendat? **Ob Er nebst dem Balbier-Handwerck auch als ein Deulist und Bruchschneider uff Messen und Märck- ten herum zu ziehen gedencke?**

128. Relatio Senatoria ejus fuit argumenti: Colle- gium Chirurgorum quoad numerum senarium in suo jure tuendum. Dubio procul, quod animad- verterit, Vitam sedentariam Supplicanti displicere; quemadmodum brevi post ad institutum rediit atque hinc discessit. Et quando Anno 1675. Paul Hofman Boëthus Chirurgicus locum septimum humilimè pe- tierat, Senatus referre jussus, exsertim d. 9. Aug. respondit: Locum eapropter ampliores non ferre: Quoniam & Magistrorum filii superessent, idem expe- ctantes; & Viduæ, novos maritos præstolantes: de- nique Balneatores *vel turbando* chirurgiam exerce- ant. **Sitte demnach dieses Orts Zustand nicht mehreere Meister.**

129. Simili ratione, Quando A. 1673. d. 25. Januar. Christoph. Enoch Puchta resciverat, Typographos nostrates Collegium intendere numeratum, idque ad senarium velle restrictum, septimum se admitten- dum humilimè petiit. Formulam libelli supplicis ut observavi, communicabo:

**Durchlauchtigster Herzog/  
Eure Fürstl. Durchl. geruhen gnädigst/ Sich  
in Unterthänigkeit vortragen zu lassen/ welcher ge-  
stalt bey E. F. Durchl. dieser Zeit bestalten Hoff-  
Buch,**

Buchdrucker vor eslichen Jahren die Kunst begriffen/ der Meynung/ hinkünftig mit Gott meine Nahrung dadurch zu suchen. Ob nun wohl eine eigene Druckerey anzufangen meine Gelegenheit Zeithero nicht leiden wollen / und ich sonst dem Disputation- und Kunst-Handel nachgezogen/ auch solchem bis zu besserer Fügung nachzusehen gedachte. Nachdem aber ohne gewissen Ort und Stand zu leben mir ferner nicht anstehen wil / sondern unter E. F. Durchl. Schutz mich zu begeben / und nechst Verleihung Göttlicher Güte/ neben ist gedachtem Handel eine Druckerey anzurichten/ entschlossen/ darbeneben aber in Erfahrung kommen/ ob solten bey E. F. Durchl. die gesamte aniezo hier befindl. Buchdrucker um gnädigste Bestätigung einer gewissen Zahl der Officinen unterthänigst einkommen seyn/ welches künfftig zu meiner und Anderer Ausschliessung angezogen/ oder zum wenigsten das Ziel auf ein Weiteres / da es vielleicht mein Zustand anderweit nicht leiden möchte/ hinaus gestreckt werden dörffte. Als habe E. F. Durchl. anzugehen nicht umbin gekunt/ unterthänigstes Fleißes bittend/ E. F. Durchl. geruhen/ vor Dero gehorsamsten Unterthanen auch mich in Gnaden anzunehmen/ und/ dafern E. F. Durchl. dem gesuchten Privilegio gnädigst deferiren wollen/ auch meine vorhabende Druckerey selbiger mit einverleiben/ und die Supplicanten hierauf gnädigst zubeschneiden. Welcher hohen und unverdienten Fürstl. Gnade um so viel mehr ich mich versee/ als weniger Sie zu einiges Eintrag gereichet/ und gegen

gen E. F. Durchl. mit aller unterthänigstem Gehorsameuserstem Vermögen nach zu verdienen/erkenne ich mich so willigst als Pflicht schuldigst. Geben Jena den 25. Jenner 1673.

130,

Sed repulsam tulisse, exin colligo, quod biennid fermè elapsò renovatis precibus hoc solum petiit, ut casu quo sexta officina, seu morte seu quo eventu alio sit cessatura, Ipse præ aliis recipiatur, eaque Gratia literis expectativis confirmetur. Quæ ipsius intentio, ut eò clarius cognoscatur, Pacè Lectoris tenorem exhibemus.

Durchlauchtigster Herzog /

Eure Fürstl. Durchl. ruhet sonder Zweifel annoch in gnädigstem Andencken/ welchergestalt Dieselbe vor nunmehr fast zweyen Jahren auf unterthänigstes Ansuchen der allhiefigen Buchdrucker ein gnädigstes Privilegium ertheilet / daß über die allbereit wirklich sich befindenden sechs Officinen/ weiters keine aufgerichtet werden solte/ Ob nun wohl selbiger Zeit ich supplicando unterthänigst einkommen/ daß meine etwa im Sinne gehabte Druckeren vor die Siebende mit eingerücktet werden möchte/ Solchem petito aber nicht deferret worden. Nach dem mahlen jedoch E. F. Durchl. unter solcher Restriction führende Fürst-rühmliche Intention und Vorsorge vor Dero getreue Unterthanen seint deme ich erkennet/ und um soviel mehr unter Dero Schatten/ meinen beständigen Aufenthalt hinkünftig verlange. Als bescheide mich zwar billig/ daß biß zu künfftiger Verringerung der bestimmten Zahl ich gedulden müsse/

siche

stehe doch darnebenst E. F. Durchl. unterthänigst  
 an/ Sie geruchen zu Dero Hochfürstl. Hulde mich  
 dero gehorsamsten Diener gnädigst dahin anbe-  
 fohlen seyn zulassen / daß bey vorgehender Ver-  
 änderung/ so durch Todes- oder andere Fälle sich  
 begeben möchte/ ich vor andern in die 6te Zahl hin-  
 wieder aufgenommen/ und diese meine Hoffnung  
 mit einem gnädigsten Anwart-Brieff/ doch ohn-  
 maßgeblich/ bestärcket werden möchte/ Welche  
 hohe Fürstl. Gnade mit allen gehorsamsten Dien-  
 sten/ so von einem getreuen Unterthanen er fodert  
 werden/ zu verschulden/ ich bey ablauffenden al-  
 ten Jahr/ mit herzgl. Glückwünschung eines zu al-  
 lem Hochfürstl. Wohlergehen gesegneten Neuen  
 Jahres/ so gehorsamst willig/ als unterthänigst  
 schuldigst mich erkenne. Dat. Jenæ, Menſe Decemb.

1674.

Facta ejus (pro more) communicatione cum cœ-  
 teris, facili animadversum fuit negotiò, Casum Mortis  
 haud fore de Concedendis; Quoniam viduæ & liberi  
 artem vel per Factores quos dicunt, continuant; ergò  
 Officinæ pro Vacantibus reputari non possunt. Ut ta-  
 men desiderio Supplicantis aliquid detur, casus omni-  
 modi discessus & plenariæ abitionis fuit considera-  
 tus. Qualis quondam in Caspare Freyschmidio Ru-  
 dolfopolin commigrante accidit; ubi ab Illustris-  
 simo Comite Schwarzburgico Typographus aulicus  
 constitutus, nunquam rediit.

131.

Quare ad Academiam, cujus Jurisdictioni Ty-  
 pographi subjacent, tale emanavit Rescriptum.

B. G. B. Bernhard / H. J. S. Cl. und B.

H

11n.

Unsern Gnädigsten Gruß zuvor / Würdige / Hoch- und Wohlgelahrte / Liebe Undächtige und Getreue / Uns ist Euer unterthänigster Bericht / die dem Christoph Enoch Buchten / uff künsttliche Todes- oder andere Fälle / gesuchte Einnehmung in die hiesige Buchdruckers Gewerbschafft betreffende / der Gebühr vorgetragen worden / woraus Wir / ob dem Inschlusse mit mehrern ersehen / was die gesamten Buchdrucker allhier zu ihrer Nothdurfft darwider eingewendet.

Ob wir nun zwar dasjenige / was Sie / wegen ihrer Weiber und Kinder darbey angeführet / vor erheblich genungsam achten / und daher nicht unbillig Bedencken tragen / Impetrantens Suchen uff dergleichen sich begebende Todes-Fälle / zu deferiren / So können wir doch gleichwol geschehen lassen / daß / im Fall einer von besagten Buchdruckern sich gar von hier weggeben / und seine Officin transferiren / oder an Impetranten selbst verhandeln wolte / derselbe vor Andersn an dessen Statt in diese Öte Zahl der hiesigen Buchdrucker auffgenommen / und inzwi schen dar- auf vertröstet werden möge.

Begehren demnach an Euch / hiermit gnädigst / obertwehnten Christoph Enoch Buchten dessen also zubescheiden / und so weit der gesuchten Expectanz halben von Unserer wegen versichern. An deme geschieht Unser Will und Meinung / und Wir seynd euch mit Fürstl. Huld und Gnade wohl beygethan / Datum Jena den 27. Febr. 1675.

133.

Sed mansit illa Freyschmidiana emigratio casus unicus, nec alius videbatur sperandus: adeoque mutare

are cepit Supplicans spem atque intentionem, sedemque alibi fixit. Sequitur igitur, ut de altera questione v. n. 112. videamus; Quotus cuivis Opifici liceat habere Officinas? An unâ plures? Quod crediderit, cui videtur: Licere cuivis artificio artem viribus omnibus excolere, & quousque possibile modo, seine Kunst aufs höchste als möglich zu treiben/sine sejus protendere. Est enim Ars; artificium Qualitas: Huius autem proprium: *Graduarii*. Laudandus igitur erit industria suæ, qui gradum superlativum interdit.

Facit tamen in contrarium Communis Artificii 134. cum & Collegiorum consensus: Non licere Magistro uni, nisi Officinam habere unicam: perinde ac cuivis officinæ amplius uno Magistro non licet præesse: juxta *sup. dicta*; Sed individuum quid esse, tam Officinam quàm illius Caput. Ita Fabri-cultrarii Steinbachenses artic. IX. Statutorum habent: Soll ein ieder Messer Schmied nicht mehr denn eine Esse und ein Feuer haben/ und sich damit genügen lassen. Pannifices Cicenses art. IX. Es haben die Meister auch sich verglichen und bewilliget/ daß kein Metzster mehr denn auf einem Bestell arbeiten lassen soll.

Ratio tam *naturalis* quàm civilis hoc svadere 135. videtur. Quoniam enim relatio quædam Officinæ est ad Magistrum; per *superius* dicta: Sequitur, quòd quemadmodum Magister quisque non nisi unus, ita officina quoq; ejusdem non nisi unica esse possit. Est enim habitudo Magistri ad officinam, quæ capitis ad corpus; Formæ ad materiam: At verò, ostentum

est, quotiens quid contra naturam nascitur, tribus manibus fortè aut pedibus, aut quâ aliâ parte corporis, quæ naturæ contraria est. *l. 38. ff. de V. S.* Capitæ forsan unius ad duo corpora, ut hõc nostrõ casu. Pariter, si una forma duas nanciscatur materias, insufficientis erit utriusque formationis directioni atque perfectioni; unde similia ostenta prognascentur.

136. *Ratiocivitas* est, quòd ea sit in Opificariis causis ratio Officinæ, quæ Juris civitatis *Bürger Rechte* in Rep. At verò Civis unus non nisi unum Jus familiæ habet, nec amplius habere debet: quia vel unicò se habilitare ad jus Comitiorum potis est. Jam verò, ut Natura amplius non tribuit, quàm necessariò requirit, & cùm aderit sufficit; Unum os, v. g. Loquelæ; unum ventriculum ad nutriendum: pedes, manus; oculos binos. Ita Civitas non minus quidem quàm necessum est tribuit, ad Jus civitatis exercendum; non tamen & amplius. Sic quoque Officina ad artis exercitium jure Opificariò de necessitate quidem est, Unica tamen sufficit. Et sicut *decessisse sine liberis* non dicitur, qui unicum etiam reliquerit, ex mente Gaji *l. 148. de V. S.* Ita sine Officina non est, qui vel unicam habet. *Eà E. contentus esto!*

137. Ampliatur, non permitti, ut propriam supra unam; ita nec alienam, conductitiam v. g. & temporariam habere; aut si id faxit quispiam, suamet cesserit interim. Ita *supra* laudati Pannifices annectunt: *Do Er aber auf einem andern Gestell würcken ließe/ soll sein Gestell dargegen müßig stehen. Bey Straff* I. fl. Nec destituitur hoc ratione plausibili: *Quoniam status Opificarius Democraticus est: Ibi autem*



tem nemini licet supra cœteros eminere; adeo ut vel domus splendidior invidiæ cedat: Ut in *Artifice Palat.* diximus, Lacedæmoniorum Ostracismum inde fluxisse. Ad æquilibrium ergo inter Contribules obtinendum, commodius nihil est Unitate Officinæ.

*Nec obstat* Naturalis illa *supra* allegata licentia 138.  
artem suam pro posse dilatandi. Quoniam in Opificiis libertas variam admisit restrictionem. Ut procedat solum Qualitate & Gradus: quatenus perfectius excolitur artificium; Non quantitativè, ut pluribus id liceat officinis. Imò, Nova etiam Inventa non usque licita sunt, quàmvis ad gradum qualitatis pertinere videantur: Dum Pistorum hujus loci noluerunt sodalem Lipsiâ huc appulsum, atque nomen inde sortitum, formas panis ac placentarum heic loci insolitarum venales exponere; Ne cœteris emtores subtrahat: Nisi desiderentur, daß es ausdrücklich von Ihm verlangt und bey Ihm bestellt würde.

139.  
Declarationem admittunt: Si quæ species artis amplio- rem curam requirant atque industriam; sic, ut dum his incumbit, à cœteris vacare teneatur atque cessare. v. g. si Faber cultrarius cultrum venatorium habeat efformandum: qui non est merx cujusvis emtoris; adeoque dum non & alios juxtim cultellos liceat fabricare, interim egere cogatur; aut cessaturus sit ab his rarioris commercii: qualiter tamen sufficientia publica passura sit aliquem defectum. Inde penes illos cautum: Jedoch/ wer Hirschfänger und Weide-Messer verfertigen wird / soll eine Esse mehr zu halten Macht haben.

## CAPUT VII.

## De Jure Rerum.

140.



A qua tenus hac dicta sunt, propius at-  
tinent ad statum Officinarum naturalem:  
Recipiunt autem affectiones quasdam &  
*in genere morum*, seu Qualitates civiles  
& juridicas, Jura in re dictas: Dominium,  
Servitutes, Hereditatem & ita porro: Consequen-  
ter cadunt in eas etiam Modi acquirendi, seu eas-  
dem constituendi, conservandi, amittendi, recuperan-  
dive. Ut v. g. Officinas reales post obitum Paren-  
tum liceat liberis, artem haud continuaturis, vende-  
re. Ubi duo jura videntur concurrere: Hereditarium,  
quod habent ipsi; & Dominium, quod alii volunt  
constituere.

141.

Servitutum quod attinet, tetigimus hoc caput  
in articulo de Instrumentis *cap. X. §. 2. n. 782. seqq.*  
Utrum recipiant? Nunc verò *Q*ualem? Non dispu-  
tabimus tamen, Utrum præter Reales & Personales  
detur tertia species, quam dicunt Mixtarum, quibus  
persona serviat rei; dum v. g. Rustici certo cuidam  
furno, molendino, torculari teneantur inferre suas  
massas, grana, uvas, *Zwanz-Back-Ofen/ Zwanz-  
Mühlen-Keltern*. Mihi sanè puræ reales videntur,  
quibus ipsa prædia, quidquid personis ea colentibus  
opus est, pinsere, molere ibi teneantur. Quæ reali-  
tas manifestius eò patet, quòd transformatio uvarum,  
quin & herbarum glasti, à personis tamen minimè consu-  
mendæ, ad officinas *Weyd-Mühlen*/solet esse alligata.

Ita

Ita Instrumentum emptionis prædii cujusdam, <sup>142</sup>  
 ejus appertinens quoque Molendinum glastarium,  
 erat, sub manibus habui, quo in clausula quædam  
 Jus hocce exprimebat, verbis: *Item/ die Weyde-  
 Mühle/ auffer welcher des Orts sonst keine auff-  
 gerichtet werden darff/ und von iedem Stose  
 ein Schock Ballen zum Zinße gegeben werden  
 muß.* Et, si hujus loci esset, affirmare auisim, fuisse  
 quondam & in hac nostra valle molendinum glasta-  
 rium; cui etiam post transformationem in farina-  
 ceum, id nominis, *die Weidiche Mühle* remanserit:  
 sed ad scopum me converto. Ne materiam sterilem  
 fœcundare velle videar.

Circa officinas Publicas, certò locò institutas, <sup>143</sup>  
 Quæstio fuit excitata: Utrum Forenses seu Exteri  
 opifices, qui jure fori penes nos fruuntur, ad eas-  
 dem adstringendi sint? Sic, ut v. g. Lanii Lobedani  
 pecora sua, quorum carnes venum huc deportaturi  
 erant, in ipsa laniena Jonensi mactare, atque adedò  
 viva adhuc prius isthuc deducere oporteat? Ratio  
 pro affirmativa sat plausibilis quidem videbatur: Quòd  
 ad curam Magistratùs loci pertineat, in carnibus,  
 tanquam potissima venalium & comestibilium spe-  
 cie, so alle Mahlzeiten mit muß zu Tische gehen/  
 providum esse, Ne quid fraudis, aut quod Sanitati  
 nocivum sit, committatur. Quod, cum in suis vix  
 præcavere possit civibus, quid non metuendum ha-  
 bebant ab extraneis?

Accedit, Quòd non oporteat forenses melioris <sup>144</sup>  
 præ civibus esse conditionis: Non gravabuntur er-  
 gò, ad solam vocari Conformitatem. Ea de causa  
 Sc.

Senatus civitatis Jenensis. Seculo jam superiori, quando ob susceptum Academiae hospitium, curam tantò circumspectior incumbere ipsi; per literas admonuit Senatum oppidi Lobedani, Laniorum suorum actiones majori cum sollicitudine observet, ex quo nostratum aliqui mactasse deprehensi fuerint, quod Carnifici postea relinquendum fuerat. Rogans simul, uti ad lanienam nostratem suos quoque ableget atque remittat Lanios.

145. Admonitionis illius equidem gratias egisse Lobedanum, atque ad similia vicinatis studia & officia promptum se declarasse: sed alterum istud epistolae caput atque desiderium, grave suis futurum existimasse. Quod si enim mactationes suas Jenae teneantur peragere, & ipsi & oppidum suum sensuri essent incommoda: dum & Lanios peculiarem focum atque ignem, luendis purgandisque intestinis hinc alere oporteat: & ceteri cives necessarià interim carne sint carituri. Velle autem se peculiare Lustratores, citra quorum permissionem nec dissecare pecora, *auffbauen* / nec carnes dividere liceat suis, constituere, dat. die ☉. post purificat. Mar. 1571.

146. Hereditariam qualitatem recipere officiaas, diximus: Transmitti ergo ad liberos aut viduas, dubium erit nullum: An autem Testamentariam admittant dispositionem? Debitet, quisquis ab officio dependere animadvertit: At verò, personale istud esse, nemo negaverit: quomodo ergo disponat quis de rebus post mortem suam non extituris, & cum ipsa morte sua interituris? Accedit jus officii quem-

vis Artificem à Collegio artis suæ speciatiim impetrare oportere ; ut frustra sit privatus, qui ultimâ voluntate id tribuere ausit ; longè ineptior futurus, inani huic titulo qui fidat. Perinde enim ut fructuariò mortuò jus ejus cum proprietate, sic jus opificii cum jure Collegii consolidabitur.

At enim, quadrant hæc & procedunt, casu quò<sup>147.</sup> officinæ sunt personales. Secus igitur in Realibus ac hereditariis. Illæ priores planè extra commercium esse videntur, nedum ut aliquem titulum dominii translativum admittant. At posteriores transeunt in successorem, etiam singularem. Undelicet non facilè casum inveneris, quò artifex quis erga extraneos fuerit liberalis, etiam in ultima voluntate, Sæpissimè tamen Parentes, de Officinis inter liberos disposuisse, observaveris. Istud eo casu venerit in Quæstionem: Si filio ei qui artem discere voluerit, officinam prælegasset: Bini postmodum discant: utrius foret?

Natu Senior allegabat: Voluntatem Patris fuisse, ut<sup>148.</sup> officina non communis pluribus, sed unius esset in solidum; & ejus quidem, qui affectione artis ductus eandem didicerit; eove modò, ut habeat præcipuam: Die Werkstatt / das Barbierer Werkzeug / so viel vorhanden und darzu gehörig / einem Sohne / welcher zu solchem Handwerke Beliebung trägt / und es lernen wird / alleine verbleiben / und selches zu voraus gefolget werden. Jam verò, ad hæc requisita vivò jam patre se qualificasse, ab eodem edoctum & A. 1665. missum fuisse: In Se ergo solum dispositionem paternam quadrare; ut videatur Testator id ipsum cogitasse.

149.

Accedebat insuper, quòd filius minor natu artem equidem eandem, sed post mortem Patris addicerit; Voluntatis tamen paternæ haud ignarus, de jure scil. officinæ in unicum transferendo: Quod jus cum natu major superstite Patre jam quæsierit, Non debuerit igitur natu minor spem officinæ concipere, atque fiduciâ illius artem addiscere; ob absurda & impossibilia inde exoritura: ut aut dividatur officinâ, quæ tamen nec moribus opificiariis jam *suprà* demonstratis, nec voluntate Patris recipiat divisionem. Aut, si minor natu jure præcipui solitariò velit uti, majorem natu post octodecim annorum peregrinationes, interque illas tres expeditiones contra Gallum, totidemque adversus Turcam, denuò exulatum abire oporteat.

150.

Minor natu fundabat se in dispositione juris communis, ut sc. ex duobus heredibus Major quidem dividat, Minor tamen eligat, *c. 1. x. de Paroch.* quæ speciatim Jure Saxonum recepta, & *p. 3. const. XV.* declarata: ubi vid. *Carpz. def. 2. seqq.* Eique tamdiu insistendum, donec contrarium paternò testamento dispositum rite doceatur. Id verò aded non factum, ut juri potius communi Pater insiterit, & jus natu minoris, Optionem scil. confirmaverit. Nec enim de casu, quò filius uterque artem didicerit, qui Juris communis est, quidquam! E. reliquerit eum Juri communi. Casus autem quem cogitavit, de unico, ne quidem acciderit; E. eatenus intestatus decesserit.

151.

Quòd si Pater natu minorem jure Optionis præcludere animò agitaverit, tempore quò dispositionem Kal, Aug. 1658. condebat, citra ambages atque

con-

conditionem artis addiscendæ præstare valuisset; dum major natu eo tempore jam tum illius ætatis erat, ut voluntati declarandæ idoneus esset. Dum tamen eo non attentò Pater nihilominus indefinitè locutus, Nihil sanè à Jure communi alienum statuere voluit. Positò hòc & datà Minori optione, partem illam constanter eliget, cui Senior dividens officinam adjecerit.

Accedebat, quòd eadem Matris, tanquam patris contestantis, perpetua sententia de optione competente fuerit; at verò nemo rectius quàm ipsemet quisquam noverit suam intentionem, Optimus quisque suorum verborum interpret. Atque etiam in ultima sua voluntate, (cujus num Senior ignarus fuerit, juratò manifestare teneatur) idem disposuerit: Quod facere utique licuerit, tanquam officinæ paternæ coheredi. In qua & Senior acquieverit, erga Curatorem illius H. W. contestatus, officinà cessurum se, dum domò potiatur. 152.

Quibus positis, facilimò negotiò dissolutum iri, aut ruituras suà imbecillitate instantias ait. Nam 1.) Testamentum Paternum pro Minore sit, & casum, quò uterque filius extiturus sit Chirurgus, non definiat; casus quò alteruter, non acciderit. Ac licèt 2.) Senior maturius se ad dispositionem habilitaverit, nequiverit tamen Juniorem præcludere, sed debuerit exitum in fratre altero expectare. Quemadmodum & 3.) uter dignior futurus sit, Pater definire haud voluerit, qui casum utriusque non præsupposuerit. Ad 4.) Resp. damnum si quod sensurus sit Major natu suà culpà evenisse; dum toto à reditu tempore officinam pro derelicta quasi habuerit, eoque minorena-

natu induxerit, ut, quibus potiri potuisset conditiones alias, dimiserit. Talis Exitus fuit, ut Minorennis hodiernum teneat officinam; Ex amicabili compositione an Decreto Magistratus, non constat mihi; Rationibus tamen potioribus, eum innixum arbitranti.

154. Juribus Rerum accensemus non incongruè Qualitatem illam passivam, quæ oneribus publicis pro communi necessitate obnoxia sunt. Quæsitum igitur fuit: Ecquid officinæ quoque casu, quod Focale tributum indicendum erat, muneri huic subjienda? Prævaluisse tamen observavi Negativam: ob id, quod Opificium cujusque sub professionibus jam censetur. Non E, binis oneribus quisquam subjiendus, aut cæteris prægravandus. Als die Stände in Schlessen A. 1666. in Stelle bis dorthin üblich gewesener Güter Steuern/einen erträglichen usi hinlänglichern modum auf consumptiones legten/ und dahin auch mit zogen einen Aufschlag auf die Rauchfänge/ haben Sie die Handwerks Bergk Stätten austrücklich ausgezogen. Indem iedweder vorhin sein Handwerk verrecken muß. verba: Die Küchen Herde / Bäck- Wasch- und Bade Stuben Rauch- Fänge aber / auch was etwan bey den Bergk Stätten für Herde gehalten werden/(Fabrorum) Sollen hievon ausgeschlossen seyn. &c.

155. Circa METATA Quæstio occurrit: Utrum Opifices intra Officinas recipere teneantur? Equidem & hætenus tam in excessu peccatur quàm in defectu. Ilicos intra muros peccatur & extra Dum hinc Metatores immunitatem nemini relinquunt; ædificio nulli, nec ædium parti parcunt. At verò Leges utique in privatis etiam



etiam ædibus, quæ aliàs metata debent, præter coenacula Patrifam, assignata *Nov. CXXX, cap. 9.* Ergasteria quoque voluerunt esse exempta. *l. 2. C. de Metat. XII. 41.* Sed ex paritate, si non majoritate rationis, ad Opifices porrigenda immunitas: cum, quòd Ergasteria potius ab operando quàm vendendo dicuntur: Tum, quòd operationes Mechanicorum pariter nolunt turbari.

Sed nimis restrictè privilegium hoc de solis Negociatorum accipiunt Tabernis, *Krahmladen und Rauffmanns Bewölben.* Cum, propter verba textus in *l. 2. C. de Metat. XII. 41. verb. Quæ mercimoniis deputantur.* Tum, propter *l. 26. §. 1. vers. illos verò. C. de Usur.* ubi Ergasteria de illis dicuntur, Qui licitam negotiationem exercent. *Briffon. de V. S. p. 182.* Imò verò, ex paritate rationis ad Opificum Officinas extendendum videtur. Cum, quòd Ergasteria potius ab operando quam negociando dicuntur. Tum, quòd operationes Mechanicorum non minorem tranquillitatem securitatemque requirunt quàm Tabernæ Negociatorum.

Facit, quòd Ergasteria Tabernis, in *l. 2. C. de Ep. & 157. Cler. & Stationibus,* in *l. 21. C. de Oper. publ.* opponuntur. Unde *Gorofredus in d. l. 26. vers. Illos verò,* rectè annotavit: Voce Ergasterii etiam ipsas Officinas denotari. vid. pluribus *Tabor. de Metat. part. I. cap. V. §. 6. p. 112. & part. II. cap. III. art. 2. §. 8. p. 241.* ubi ad Pharmacopolia, Item Molendina, §. 7. Balnea publica, §. 9. Salinas, §. 10. & Diversoria publica protendit. §. 12.

## CAPUT IIX.

## De Contractibus.

158.



Ranfendum ad *ius ad rem*; & fluit ex iure  
 Dominii & hereditario, facultas contractus  
 omnis generis, ut circa res alias, celebra-  
 di, Potiffimus EMTIO venditio est; circa  
 quam frequens fuper iure proximitatis &  
 retractus occurrit quæftio: Uter ex pluribus licitan-  
 tibus præ cæteris admittendus? Piftores noftræ civita-  
 tis filios magistrorum & civium extraneis præferunt;  
 Nifi talis Advena magiftri viduam filiamve ducat ux-  
 orem. art. IX. Daß in das verledigte Bact Haus kein  
 fremder Meifter oder Becken Knecht eingenommen  
 werden foll/ Sondern die Meifter und Bürgers  
 Söhne allhier/ follen den Vorzug haben. Es würde  
 dann ein redlicher gewandter Becken Knecht eines  
 Meifters Witwe oder Tochter zur Ehe nehmen/  
 und also in ein Bact Haus einfreyen.

159.

Ubi tamen duo videntur subobfcura I.) qualiter  
 exaudienda claufula de Filiis Magistrorum & Civium:  
 Disiunctivè & folitariè? Ad eum effectum, ut fi quis  
 fit filius alicujus civis, cujusvis fcil. aliis, etiam qui  
 non fit de Collegio Piftorum, præferendus tamen fit  
 extraneo? Id quod favorabilius pro Indigenis vi-  
 debarur: Quantumvis forfan ea non fuerit concipi-  
 entium intentio; qvi Copulativè atque explicativè,  
 loquiamant, Bürger und Meifter/feu: Talis Magifter  
 noftri Collegii, qui fit & civis; non nudus provin-  
 cialis aut paganicus: ita procul dubiò etiam exaudi-  
 ri voluerunt, ut qvi paucitatem Sodalium intendunt.  
 Dein-

Deinde: Qualiter exaudienda Declaratio de Ma- 160.  
 trimoniis Exterorum cum Viduis atqve Filiabus Con-  
 tribulium? Utrumne tunc ipsis Magistrorum Filiis  
 anteferendi? quod colligas ex oppositione Pralatio-  
 nis Filiorum, & Matrimonii Extraneorum, in verbis:  
**Es würde dann.** Nam si nec isto casu Extranei  
 quid haberent præ Filiis præcipuum, nihil ipsis ma-  
 trimonium peculiare tribueret! Nam & aliàs Filiis  
 postponuntur, quando Viduas Filiasque non ducunt.  
 Credo tamen, non hoc voluisse Concipientes; ut exte-  
 ris matrimonium proficiat in præferentiam, sed solum  
 ad idoneitatem & cum Filiis æqualitatem.

Distinctius loquitur Privilegium Cæsareum. 161.  
 Tonforibus pannorum per utramque Silesiam, & Co-  
 mitatum Glacensem Anno 1673. indultum, art. XV.  
**Es soll aber in alle Wege/ so wohl zu denen neu**  
**auffrichtenden / als auch irgend durch Todes Fall**  
**und in andere Wege sich erledigten Wergstätten**  
**eines Meisters Sohn/ hernach der / so eines Me-**  
**sters Tochter / und nach diesem / welcher eines**  
**Meisters Wittib zur Ehe nimmet / und Er son-**  
**sten zum Meister Recht tüchtig/ und die erledigte**  
**Stelle nebenst dem verhandenem Handwergs-**  
**Zeuge mit Recht und Billigkeit überkommen kan/**  
**nicht unbilllich den Vorzug haben.**

Sed istud non ineleganter quaritur: Utrum lici- 162.  
 tando se invicem superare permittendi? einander zu  
 übersehen. Fingas: Esse cuidam plures heredes, Libe-  
 ros unà cum vidua uxore; interqve bona heredita-  
 ria reliqua, officinam Opificio congruam: quæ, cum  
 ab invicem divelli non debeant, à Magistratu asti-  
 ma-

160. matio facta, & mandatum Principale secutum est, Plus offerenti ut ea bona addicantur. Alter ex prioribus liberis ad æstimationem factam Quinquaginta. addit: Vidua parata est eam summam solvere: Qværitur: Utrum alter ille hæres prior, rursus Majorem quantitatem æstimationis offerre possit?

163. Ita videtur, Occasione textûs *in l. 6. §. 1. ff. de In diem addict.* statuendum; ubi Ulpianus eundem tractat casum, si quis extiterit, qui meliorem conditionem adferat, deinde PRIOR EMTOR adversus eum licitatus sit, & penes eum emtorem (procul dubio majorem summam offerentem) manserit. Cui adstipulatur Paulus JCtus, quando *in l. 8. ibid.* ait: Necessè autem habebit Venditor, meliore conditione allatâ, priorem emtorem certiorum facere; ut, si quid aliud adjicit, ipse quoque adjicere possit. At, quorsum hoc pertineret, si non hac adjectione prior emtor præferretur secundo?

164. Et aliâs bona penes eum manere oportet, qui superior in licitatione extiterit, *l. 4. C. de Vestigal.* Quod, etsi de Vestigalibus quoad verba statuitur, in Judicio tamen communi dividundo pariter servari debere, *l. 3. de Comm. divid.* disponit: in tantum, ut vel extraneus emtor admittatur; maximè, si se non sufficere ad justa pretia, alter ex sociis suâ pecuniâ vincere vilius licitantem profiteatur. Quidni longè fortius Socius, vel imò Cohæres, dum ea præstare paratus est, quæ expectamus ab extraneo? Nec impediatur ob id, quòd jam semel fuerit licitatus: quoniam per id ipsum consecutus est Jus Primi emtoris: cui semper licet inharere summis ab aliis oblatiis.

E con-

165. **E** contra, quòd nec extraneus ad noviter licitandum, nec prior Cohæres ad antè oblatam summam augendam, casu quidem præsentì, admittendus; sed Viduæ optio, pretium an ipsam rem habere malit, relinquenda sit: Consulendo responsum fuit apud Wesenbecium *part. 7. Conf. CCCXIII.* Præsuppositò, quòd non tam Licitatio, quàm Addictio in præsens tractetur. Ubi vidua 1.) sit in possessione, eoqve ipso plus juris in re habeat præ quovis alio, qui non possidet. 2.) Quia jus primi emtoris sit imò penes illam, quæ pretium quod Magistratus, (pro quo est præsumtio,) æquum arbitratus est, obrulit, sed ab altero est superata, quinquaginta florenis.

Licet igitur Principes plus danti addicenda esse 166. bona, rescripserunt; tamen 3.) Vidua idem offerens, pro plus dante habenda, nec ad reiteratam superationem admittendus est. Per rationem, Quia 4.) Licitationes contractum antecedunt; Et, quia de minimo incipiunt, augmenta quoque admittunt. Adjectiones autem contractum sequuntur, ex quo justum pretium jam definitum est. At verò, tale quid non nisi semel admittitur, *l. 2. C. de Locat. prædior. civo. XI. 70.* Ne protrahatur negotium in infinitum. *b.)* Quia æstimationem à Magistratu factam, semel tanquam Arbitrator reformavit. E. neqvit ab hac suamet declaratione recedere: Odiò Variationis *l. 20. ff. de Dot. leg.*

Non obstat *l. 6. §. 1. de In diem addict.* quæ non 167. agit de Additione sed Licitatione; nec promiscua, sed quam facit primus emtor, tantundem offerens quantum posterior. Idem agit *l. 8. eod.* Et si vel maxime quondam licuerit variatio & in Additione; Ju-

re tamen posteriori, Codicis, fuisset mutatum; & ut  
semel tantum admittatur, constitutum, *d. l. 2. C. XI. 70.*  
Nec turbemur, de Fiscalibus contractibus eam loqui.  
Quia Fiscus jure privatorum, & privati jure Fisci fru-  
untur, quamdiu aliter non reperitur cautum, *l. 20. §. 9. ibique Gloss. de Pet. her.* Denique ad *l. 4. C. de Re Etig.*  
ex superioribus responderetur, per Distinctionem in-  
ter Licitationem, de qua loquitur, sed huc non qua-  
drat, ubi de Additione.

## CAPUT IX.

## De Judiciis.

168.



**A**D Judicium & Processum pertinet 1) Quod  
Officinam alicubi habere constitutam,  
tribuat JUS FORI: quem effectum Ulpia-  
nus cuique Armario, Horreo, Pergulae,  
Tabernulae tribuit, in *l. 19. §. 2. ff. de Judic.*

Unde pro Cautela suggeritur, dum in loco contractus  
hodiernis moribus Forum non sortimur, nisi ibidem  
deprehendamus, *Carpz. L. 2. Resp. XXX.* ut, dum per-  
gulam modo habeat ibi, petamus immisionem: ad  
hoc, ut vel accurrat non vocatus, rei suae defenden-  
dae gratia; aut in contumaciam adversus eum pro-  
cedatur, missione ex secundo decreto. *l. 30. §. 2. ff. de  
A. vel A. poss. l. 15. §. 23. & 33. ff. de Damn. inf.*

169.

2.) Actiones circa Officinam opificiarum, Pi-  
strinum, Fullonicam &c. eadem competunt, quae cui-  
vis alii Navem, Stabulum, Cauponam exercenti: de  
quibus in Digestis suo loco; ex identitate rationis: ut  
est apud Cujacium *Lib. XXIII. Obs. 2. addat. Plin.  
Lib.*

Lib. XXXIIX. cap. 6. Quorsum autem 3) pertineant  
causa Officinarum, **Bad Stuben/Schmieden/La-**  
**bernen/Welnerus** *Thef. Observ. pract. verb. Chaff-*  
*tinnen/fol. 118. a.* respondet: Pertinere ad Jus Territo-  
rii sublime, sive altam Jurisdictionem, vocarique **Ch-**  
**hastinnen.** Instauratio, Jdictionis inferioris. p. 663. n. 35.

Enimverò, Diversa hæc esse: Jus sublime Ter-170.  
ritorii, & Jurisdictionem altam: Nemo forsan nega-  
verit. Aut igitur Synonyma habet, aut dicat! Alter-  
utri præcisè adscripserit? Nimirum duplex causa-  
rum opificialium in universum est consideratio. *Pol-*  
*litica*, quatenus usui, necessitati aut jucunditati pu-  
blica inserviunt Officinæ, atque ob id vel instau-  
randæ vel conservandæ sunt. Et eatenus ad Poli-  
tiam pertinent. Et *juridica*, in quantum lites opi-  
ficibus inter se vel cum aliis super causis atque offi-  
cinis ortæ decidendæ sunt. Tunc ad Tribunal per-  
tinent seu Prætorium.

Quando igitur Serenissima quondam Saxonix 171.  
Ducissa MARIA, nata Princeps Tremollia, A. 1667. Ju-  
risdictionem rerum civilium atque criminalium hu-  
jus civitatis, à Senatu oppidano ducentis penè annis  
jure relictionis possessam redimebat, deprecabatur  
Senatus, separationem causarum Justitiæ & Politix  
fieri, **Policey-Sachen**/quorsum & causa pertineant  
opificiarix; quippe quas extra & ante illum **Wieder-**  
**fauffe** contract possideant. Quod etiam obtinuit.

Versâ vice, quando elapsis aliquot annis Idem 172.  
novò contractu sub pristina relictionis lege utram-  
que Jurisdictionem denuò emerat, causasque opifi-  
ciarias promiscuè in suis confessionibus tractabat, Illu-  
stre

stre Regimen intercedebat; Nolle quidem Senatui legem dare, quousque & in quo conclavi causa, quamdiu Jurisdictionem possideat, tractandæ sint; dum ne id Serenissimo quondam fortassis reluituro, sit fraudi, atque negotia opificiaria, ad processum etiam delata, Senatus vendicet sibi. Alioquin, quamprimum à decretis Senatoriis remedia interposita sint suspensiva, debeat causas ad Prætorium remittere, *an die Gerichte verweisen.*

## CAPUT X.

## De Contrariis.

173.

**C**ontraria non unius sunt generis: Alia enim solum impediunt, Alia etiam corrumpunt aut planè destruunt. *Impedimenta* quædam ad ipsum corpus ejusdemve Jus pertinent; quædam extrinsecus exercitium saltim suspendunt. Idque seu moribus opificum peculiaribus, seu lege Communi. Sic, uti die dominicò unumquemque Patremfam. vigore præcepti ex decalogo tertii *Pietas* cessare jubet à negotiis suæ professionis: Ita Opifices etiam Officinas oportet habere clausas, ac manûs ab opere feriantes. Dn. Schilter. *Fur. Can. Lib. II Tit. 2. §. 15. p. 320.* Utrum verò sicut Agricolis aliquid datum est in *l. 3. C. de Fer.* Ita ad eandem provocare liceat Opificibus? longum foret huc adferre, quod habemus *Disp. de Feriatione & Profanatione Sabbathi.* Ex *Necessitate* famis A.C. 1218. claudabantur Popinæ & Tabernæ: Hordeum pinsebatur in panem.

172.

Ad contraria referemus deinde Vitia; ut sic dicamus moralia, ore atque Stylò opificiariorum: quæ si non de-



destruunt, inficiunt tamen corrumpunt ac minimum ad tempus suspendunt jus officinae. Videntur enim convitia Opificibus usitata in rem fieri, atque ipsas officinas afficere & inficere: unde aliqua infecta dicuntur, *Inficirte Werckstätte*; quarum Possessores non valent Boëthos conducere atque alere *Gesellen für dem*. Nec temerè quis ad eos intrabit, dum suò id faxit periculò; ex loco vitium personae contrahens, suò deinde ære expiandum: aut ni fecerit, per totam vitam diffamabitur. Cujus exemplum habetur Tractatu *de Convitiis Opificum*.

Declaratur: quantum ad spacium privilegiatum 175.  
 quaterdena; Ut in vulgus notum. Istud Quaritur: Si quis opificium in Ergasterio publico *Zuchthause* didicerit, Ecquid inter peregrinandum ad illud valeat provocare? Notum est enim, de loco doctrinae, nomine Magistri & statu officinae Advenas examinari. Ratio dubitandi pro Negativa, quòd nemo facillè propriam allegaturus sit turpitudinem: Et, si laudet Magistrum; Coeteri talem, tanquam extra Collegium, in ergastulo velut in Carcere, inter Commentarienses viventem, non sint pro legitimo atque regulari Magistro agniture; consequenter, nec eos, qui ex ejusdem officina, infecta quasi, prodeant: Cùm effectus non possit esse melior suà causà: præcipue talis, qui intus & in cute malus, suò vitiò laboraverit prius quam tali Magistro traderetur.

Enimverò, duo sunt, quæ in præsens desiderantur: 176.  
 Unum in magistro; alterum in discipulo. Illi accidit planè, operam suam Magistratui locasse; quantum quidem ad disciplinam, & artem in-

pueros corruptos implantandam ; de cœtero Opera & effecta sua , cuique alii desideranti, instar cuiuslibet aliûs Magistri elaborat & producit ; atque eatenus Collegium suum ut membrum quodlibet aliud ingreditur, Statum atqve Jura conservat sua. Non aliter atqve Sutor, v.g. qui Custos portarum Urbis esset constitutus *Thorwârter* : aut Sartor, qui simul sit Principi à pedibus, *Paqvey*/vel argentæ supellectilis custos, *Silber Diener*.

177. *Quantum* verò ad hunc, scilicet discipulum attinget, Aut mores nondum mutavit , & nec dimitte-  
tur ; Adeoque omnia illa dubia cessant , neque casus noster accidit. Aut in bonam rediit frugem,  
& haud nocebit, mediis vehementioribus ad finem bonum, cæteris communem deductum fuisse. De-  
inde, Non habet opus, Magistrum suum aliter atque amplius, quàm sub habitu opificii nativo allegare ;  
Extraordinariam autem atqve irregularem illam provinciam , quâ Magistratui operas in ergasterio pueros docendi elocavit, omninò præteribit : ac tutò poterit etiam per mores opificiariorum. Quid enim, si Magister sit unà Custos portarum Urbis ? Nec enim artem didicit penes Sutorem in quantum Custos, *est Thorwârter*/sed in quantum Sutor existit.

178. Adde, Provinciam hanc esse temporariam, Statum verò Opificii, permanentem : Certius igitur ad hunc quàm ad illam potest provocari. Potuisset enim illam intereà rursus deposuisse. Denique, Status opificiarius purus ac probatus, tali Tyroni facilè conciliabitur, dum Magister eum non suà mittit autoritate ; sed sistit antè Collegio : prout al, moris est. Tunc enim

enim dictionem salutis ad Exteros, committet ipsi, Non Præpositus domus ergasterii, sed Collegium artis. Equidem causa impulsiva, quare hunc & non alium nactus fuerit magistrum, non adeo est laudabilis: ast Vita emendata purgat omnem, si qua fuerit, maculam; ac redditus Collegio, cujus jura sine dubio servavit atque continuavit magister, ab illo immediatè exit, non ab ergasterio.

## CAPUT XI.

## De Restauratione.

**S**uperest Quæstio, Utrum Officina, post-<sup>179.</sup>quam semel extincta, valeat restaurari? Ita non infrequens inter opifices casus est, Matrem viduam, cui post excessum Mariti facultas artem continuandi competit, eam filio, forsan interim adulto resignasse: Quod si igitur eveniat, hunc præmori: Poteritne Mater regressum ad officinam sumere, *wieder zum Handverge greiffen?* Rationes pro Negativa sunt pronæ; ex principiis naturalibus: A privatione ad habitum, non datur regressus. Mortua non resurgunt. Quæ semel placuerunt, amplius displicere non possunt. Viam quam ingressus es, calca! Quæ ab initio fuerunt voluntatis, an officinam resignes: Ex post facto sinat necessitatis, ut abstineas. Et Moralia, studium Monopolii.

In casu proposito speciatim allegabatur, Quod <sup>180.</sup>supplicans anus sit decrepita, quæ officinæ amplius haud valeat præesse: Quam ipsam ob causam Filio ante aliquot annos dum vegata magis esset, cesserat. Hodie ergo, quando de ponte præcipitanda, tantò mi-

nus.

nus recipere valeat, quantò interim evasit ineptior. Causa prohibendi quotidie crescat. Varia deinde allegabantur exempla, quibus alterutri renunciare arti fuerint coacti. v. g. Johann. Meusel / Aurifaber ducta vidua Segmentaria; cum hujus negotiationem præoptasset, artem suam egerare oportuerit. Eademque necessitas Johanni Wolfeldio Feneſtrario fuerit injuncta, quando viduam Tiloniam duxerat, & Negotiationi cupiebat insistere, Stephanus Hirsch, Lorarius, ducta vidua Institoris, in suo Collegio manserit quidem, sed missa uxoris taberna.

181. *Pro Supplicante adducebatur 1.) Renunciatio conditionata, & quod certo respectu in gratiam Filii renunciaverit: Cessante nunc ratione, desinat quoque dispositio. Potissimum autem militasse 2.) credo anicula egestatem: Et, quum officina in sua persona nequeat præesse per senectutem, per Nurus exercere velit. Ita quoque 7. 19. Decembr. 1679. in causa viduæ Frankianæ rescriptum. Atque hæc quidem circa officinas personales.*

182. *Circa Reales accidit A. 1659. ut Pistor à Concive domum emeret, cui quondam inhæserat Furnus & jus pinsendi panes; dudum tamen intermissum, Furnus destructus, in ejusve locum hypocausto repositus. Emptor conabatur Pistrinum resuscitare: Intercedebat Collegium. Rationes reddebantur 1.) PRÆSCRIPTIO: quoniam seculo jam superiori, ab anno illius octogesimo nono, cessatum fuerat ab exercitio pinsendi: quò tempore possessor illius pistrini, neglecto officio Negotiatione vinariam instituerat. Sitq; aded Jus illud per non-usum septuagenerium extinctum atque amissum.*

De-

Deinde 2.) Numerus Furnorum huic civitati destinatus, Trium nempe supra viginti, adhuc sit integer: oporteat ergò jam aliò esse translatum. Præprimis 3.) non sit simile vero, Tamdiu desertum aut neglectum fuisse, quòd aliàs tantò constare solet pretiò, tantò studio conquiri. Prout Liborius Hoffstedterus desideraverit, opeque summâ nifus fuerit, Furnum ædibus suis ad forum sitis inferre; Dum Jus modò licuisset nancisci. Neque dubium, quin hoc ipsum, si suò tempore durasset, avidissimè fuerit emturus.

Accedebant 4.) testes veterani, non recordantes unquam, vidiisse in ea domo panes seu coqui seu venum haberi. Erat insuper 5.) furnus destructus, & hypocaustum in ejus locum repositum. Et quòd amplius 6.) domus intereà divisa; atque adeò incertum, utri parti Jus hoc reservatum atque inhæreat. Denique 7.) nec inveniebatur Jus hoc in catastris & æstimis Senatûs aut Fisci, **weder in Beschoff. noch Steuer Büchern zu finden.** Extabant autem 8.) in ea platea plura pistrina, novâ isthac occasione sibi invicem nocitura. Ut videretur istud in platea hac ipsa, sed modò in alia domo adhuc hospitari.

His necquicquàm attentis A. 1660. d. 13. Januarii decrevit Senatus pro Emtore: **Weil die Becker in Abrede nicht seyn können / daß uff oder in Hummels Hause hiebevorn ein Backofen gewesen / Ihre Ordnung auch solches selbst besaget / So ist Ihme Hummeln unbenommen / hinwieder einen Back Ofen dahin zu setzen. Oder seyn die Becker zu beweisen schuldig / uff welch Hauß solche Gerechtigkeit transferret und von diesem Hause weggebracht sey.**

186. Decretò hòc per Leuterationem suspensò, disputari cepit: Annon tale jus per non-usum potuerit omitti? adeoque nunc pro non-ente reputandum sit; cujus uti nulla alia, ita nec Translationis prædicata. Quod si non hoc: Utrumne Translatio, si de ea haud constet, præsumatur? Ex numero videl. furnorum antiquo non solùm completo, verum imò excesso. Denique Negantis per rerum naturam nulla sit Probatio. Negare autem Collegium existentiam superstitis alicujus juris. At, neque his attentis d. 27. Martii 1660. decretum per sententiam fuit confirmatum, *Und bleibt es eingewandter Leuterung ungeachtet bey dem am 13. Jan. jüngsthin gegebenen Bescheide nochmals billich.*

187. Considerando sine dubio, Quòd Jura ejusmodi Urbana, quale & jus pinsendi, per solum non-usum, uti rusticæ quidem servitutes, haud amittantur; si non factum aliquod iis contrarium intercesserit ejus qui Jus hoc impugnat. Jam verò, destructio furni & repositio hypocausti, facta erant non à Collegio, sed possessore ipso. Præsumptio autem Translationis, uti quidem in genere ex Numero completo sumi poterat; Ita vicissim per eundem supergressum elidebatur. Unde ad novà jura indulta æquè facile atq; ad Translationem illius inferri poterat.

188. Præscriptio locum exinde non valebat invenire: Quia restauratio officinæ ab ipsomet Domino cassatæ, erat ex genere permissorum, & actus mera facultatis: & qui Jus restaurationem prohibendi prætendebat, Possessionem vel quasi allegare posse debebat. Collegium autem neque ut universum nec per aliquem sui numeri seu exercuerat ipsum, seu contradixerat alicui. E. Quantum possessum, tantum præscriptum. Postquam igitur Probatio post tanta temporis spatia, & varias intereà factas mutationes difficilis erat futura, numerus in super Incolarum per gratiam divinam usque eò auctus, ut vel hæc pistrina quandoque non viderentur suffectura: Ideò Collegium sententiam permisit in rem judicatam transire. Sicut exitus docuit, nova exinde fuisse illis superaddita.

PARS



PARS POSTERIOR.

De TABERNIS.

CAPUT I.

Nomina & Species Tabernarum.

**D**ictum haud semel, Opifices eatenus  
diuum esse generum; quatenus *Alii* tan- 189.  
tum vacant Conductoribus, quibus  
operas elocant suas, daß Sie auf be-  
ste Arbeit warten: *Alii* suis ope-  
rantur auspiciis atque sumptibus: Spe-

cies quas produxerint, euntoribus venum exponentes,  
us feilen Kauff arbeiten. Atque hi solent distincta  
Operandi Negōtiandiqve conclavia habere; seu, quòd  
angustia loci non ferat utrumque, seu quod rebus ve-  
nalibus debita mundities atque nitor stare non possit  
cum pulverulentis, ex strepitu operantium, Officinis.

Aut igitur *domi* fornicem, à valvis patulis den *La* 190.  
den dictum; aut in *Curia* etiã, usq; *Rath* Hause/  
usq; *Gewand* oder *Kauff* Hause / stationem ali-  
quam; einen *Stand* / vel qualitercunqve pro more,  
locorum; aut deniqve in *foro* publico Tugurium con-  
stitutum habent, eine *Bude*. Unde dicuntur *Hand*-  
*werge* / so den *Marckt* bauen. Qvò respectu *Alciatus*



*adl. 208. de V. S. n. 13.* non incongruè Artifices describit: Qui rem à se in aliam formam elaboratam vendunt. Quales sunt Bractearii, Cerdones, Fabri, Fullones, Pelliones, Sarcinatores, Sutores, Textores.

191. Ista Conclavia vocantur in Jure nostro PERGULÆ; Protectum Græci reddiderunt. Unde, quæ ex Pergula cecidisse Pictura sive Tabula dicitur, Synopsis Basilica *Lib. I. Tit. I. cap. 4.* ἐξ ὑπερώου reddidit. Est autem ὑπερώον Superficiū, coenaculum seu locus aptus exponendis & vendendis mercibus. Quam in rem Plinius *Lib. XXXV. Cap. X. de Apelle* dicit: Opera perfecta proposuisse in Pergula transeuntibus, atque post tabulam delituisse, vitia quæ notentur, auscultans.

192. Communiter vocitantur quidem TABERNÆ: ob id, quòd ex tabulis ligneis solent construi: sed, si Ulpianum audiamus, Tabernæ appellatio declarat, significat, denotat omne utile ad habitandum ædificium: Non ex eo, quòd tabulis cluditur, *l. 183. ff. de U. S.* Nimirum, ut Franciscus Marius *de Partibus adium Lib. II. cap. XII.* ex Plinio & multis aliis antiquis Autoribus probat, Tabulis propè omnes, vel certè pro majori parte apud Veteres, domos tectas fuisse. Et Plinius seibir ex Cornelii Nepotis auctoritate, Romam scandulis opertam usque ad Pyrrhi bellum, annis quadringentis septuaginta visam esse. conf. quæ diximus *de Instrum. opif. cap. VI. n. 253.*

193. Quemadmodum autem postea mutato rerum statu, utcunque ceperint ædes lateritiæ, lapideæ atque marmoreæ esse, adeò ut Augustus gloriatus sit, Lateritiam se accepisse, Marmoream relinquere: Nomen tamen ipsum usus non sustulit, sed indiscrimina-



natim ad omnes ædes ædificiaqve habitationi apta re-  
tulit: Ita hodiernum Germanorum vocula **Bude/**  
qvæ Romanorum Tabernam exprimit, utriqve adpli-  
catur; ut & Casulas Negotiatorum forenses, & ædes  
habitandi Hominum minores, certè in civitatibus  
maritimis denotet. Ubi quippe domûs dispescuntur  
in **Siebel.Häuser/** hæ sunt majores, & **Buden/** qvæ  
sunt minores, **kleine Neben.Häuser.**

Hinc Tabernæ aliæ sunt simpliciter Meritoria, 194.  
Operandi saltem aut negotiandi, l. 19. §. 2. ff. de Judic.  
l. 27. §. 1. ff. de Usufr. Aliæ etiam cum coenaculo, &  
sic Habitandi: qualis fermè innuitur in l. 7. ff. de Instr.  
leg. & quarum mentio fit in Nov. XLIII. de Officinis  
seu Tabernis Constantinopolitanae Urbis. Habitata quip-  
pe à Lecticariis seu *νεκροφόροις*, uti colligo exinde, & ex  
l. 4. C. de SS. Eccl.

Quamqvàm videatur vox Tabernæ, præter inten- 195.  
tionem Imperatoris, ad versionem Latinam, solùm pro  
explicatione vocis: Officinis, accessisse: Dum Græca  
inscriptio est *περὶ τῶν ἐργαστηρίων κονσταντινοπόλεως*. Quod  
vel ex disjunctiva SIVE colligitur; aliàs Copulativa  
ET exitura foret. conf. Joh. Gædd, de V. S. in l. 138.  
25.

Hujusmodi Tabernæ in Jure nostro nominantur 196.  
varia: ac I. quidem ARGENTARIÆ, in l. 32. ff. de  
contr. emt. II. CASEARIÆ, der **Höcken und Käse-  
Krahmer/** l. 8. §. 5. ff. si serv. vind. Quamqvàm vi-  
deatur ibi Officina significari, in qua solebant Casei  
maligni, Ligni vel culmi fumò colorari; ut innuit  
Gothofredus d. l. *mibi lit. 2.* provocans ad Columel-  
læ autoritatem *Lib. IIX. cap. VII.* His enim fumus

- interdum gratiam addit. Plin. XXI. 43. III. CAUPO-  
 NARIA, seu, ut est in l. 13. pr. l. 15. pr. ff. de Instr. leg. l. 43. pr.  
 ff. de R. N. Cauponia, & parum hactenus referet, aliam  
 mercem in usûs duraturam futuròs paratam; an quæ  
 confestim & in ipso loco consumatur, expositam ha-  
 197. beat Institor. † IV. FERRARIA, **Eisen-Krahm:**  
 qualem Lucio Eutycho & Pamphilo legatam fuisse  
 Scævola in l. 88. §. 3. de leg. 2. tractat. V. LANIO-  
 +<sup>9</sup>NIS, **Fleischbanck:** Unde Virginius ille apud Pompo-  
 nium in l. 2. §. 24. de Or. Jur. pro vindicando filia pu-  
 dore cultrum arripuisse scribitur. VI. Varro *Lib. II. de*  
*vita Populi Rom.* Tabernæ LINARIÆ, **einer Glachs-**  
**Bude** meminit: Hòc intervallò, inquiring, primùm  
 forensis dignitas crevit, utqve ex tabernis Lineis Ar-  
 gentariæ factæ VII. dicitur in l. 91. §. 2. de leg. 2. Pa-  
 ter filio PURPURARIAM legasse. IIX. Nonius  
 Marcellus *cap. XII. sect. 55.* nominat VINARIAM.  
 198. Addit insuper Gotofredus *in d. l. 183.* INSTITU-  
 TORIAM; laudans textûs *in l. 3. l. 18. ff. de Instr. leg.*  
 Ubi tamen Institor solùm præpositus dicitur Tabernæ;  
 neqve peculiaris inde evadit species, *ab objecto*, ut su-  
 periores, sed solùm à Subjecto sic dicta. Pariter uti  
 l. 135. de V. S. Taberna INSTRUCTA, non designandæ  
 certæ speciei, sed habitudinis cujusvis in genere de-  
 signandæ sic dicitur; in oppositionem non certæ alii  
 199. instructæ, sed vacuæ, add. & l. 34. ff. de Pgin.  
 Nim. species superiores ad certum objectum mer-  
 cium respiciebant; Nec impedit, Lanium personam  
 non mercem significare: nam vel ex instrumento, quod  
 ad manûs fuit, de merce licebit cogitare. Est autem  
 alia divisio, à *Forma* externa, dum Laniii vix aliquam  
 con-

contabulationem, sed mensam habere solent in foro, aut scamnum. Inde tamen tota deambulatio sub Curia, ubi carnes habere solent venales, *die FleischBancf* dicitur; ut Pistorum, *die BrodBancf*. Sutores clathratorum quidpiam, *einen Schragen* / subitaneum opus usurpant, complicabile & extensibile; unde quoque Germanicum nomen à *Schräg* / decussim, transversim. Alii denique tabulatum extruunt tugurium: Quilibet pro mercium ratione.

## CAPUT II.

*Fus Tabernæ cui competat?*

*An Opificibus?*

**A**D rem ipsam accedentes, atque Ordine 200. progressuri, ante omnia de *Personis* erimus solliciti, necui videl. Tabernas habere atque merces exponere licitum sit?

Quippe Personarum gratiâ & Res & Jura Natura & Lex produxerunt atque constituerunt. *l. 2. ff. de Stat. hom. S. f. J. de J. n. g. Sc.* Et quoniam constat, Opifices quosdam haud usque eo vacare atque præstolari, donec accesserit Conductor; sed si per fortunas atque facultates modò liceat, suis auspiciis sumtibusque fabricare Species, easque venum exponere: Quoniam tamen debitus manufacturarum nitor haud fert officinarum fuliginem, Non immeritò *Quæritur*: Annon ergò liceat Opificibus Species ab se productas Mercium locò habere, peculiari fornice condere, publicè tamen, alliciendis emtoribus, conspi-

cien-

- ciendas exhibere, atque adeò seu domi *einen Laden/*  
 seu in foro *tabernulam eine Bude* liceat habere?
201. *Credideris*, ad Mercatores id pertinere, atque ob  
 id eos intercedere posse. I. quòd diversæ sint Mer-  
 catorum atque Opificum professiones: Illos Librum  
 rationalem, Hos malleum decere; Hi fabricant, Illi  
 emunt vendunt. Quia diversæ professiones divi-  
 sim quoque habentur neque confunduntur: neque al-
202. ter alterius invadet munera. † Maximè II. quoniam  
 vix alicujus loci Artifices indigenæ suffecerint, toti  
 Civitati de indigentia prospicere: cum nec omnium  
 artium Magistri ubivis dentur, & sic multæ Species  
 alicubi planè non fabricentur. Oportet ergo esse,  
 qui advehunt. Hi ipsi verò sunt Mercatores: quem-  
 admodum autem admodum ægrè ferunt Opifices, per  
 alios in arte sua turbari; Sic cogitabunt qualiter id fe-  
 rant Mercatores: quod enim tibi non vis fieri, alteri
203. ne feceris. † Accedit III. quòd Mercatores, oportet  
 ad hunc suum Statum per sexennale tyrocinium, va-  
 rias peregrinationes & alia incommoda ascendere: :  
 Arithmetica, Geographiæ peritos esse, ut noverint, un-  
 de & qua commodissimà vià quævis merces advehen-  
 dæ, quibus impensis seu pretia, seu vecturæ seu vesti-  
 galia constant; Unde & gradu aliquò dignitatis Opifi-  
 ces antecedunt. Quæ omnia secus in Opificibus, qui-  
 bus piaculum, ad alios quàm artis suæ Magistros per-  
 egrinando accedere. Unde ergo debita horum omni-
204. um cognitio? † Obstabit ergò IV. Opificibus Exce-  
 ptio Illegitimationis; dum nequeunt se ad mercatu-  
 ram qualificare debitis requisitis. Et si hæc omnia,  
 Concurrent tamen in eandem personam duæ causæ  
 lu-

lucratiuæ, cum pragrauatione partis aduersæ; quod non ferendum. Maximè, quia nec Opifices tolerant, suorum aliquem duobus Collegiis esse incorporatum; **Vor zwoen Läden zu sitzen.**

At enim, hisce quàm speciosa videantur, ne quicquàm obstantibus, Opifices ab omni negotiatione neutiquam excludendi erunt. Cùm I. ob naturalem commerciorum libertatem; quæ est ex genere permissorum, Quisque igitur ad eam admittendus, quousque inuenietur speciatim prohibitus. Atquinondum ulli locorum *plenaria* exclusio usque huc audita vel attentata. Sed militat potius pro illis II. † Jus 206, dominicum in res suas, quò quilibet earum est moderator & arbiter; Et potissimus Dominii effectus, est Facultas rem alienandi. Quàm multos enim modos seu Jus naturale seu civile, censum rerum nostrarum augendi adinuerunt, tam nullum tamen, hactenus intruderunt, quò quis inuitus compellatur rem suam retinere. Si excipias personas ad alienandum ceteroquin inhabiles: quales pro nunc abesse præsupponimus. Sed positis omnibus ad agendum, vendendum requisitis, ut Opifex sit speciei ab se productæ Dominus, sufficientis ætatis & iudicii, ut ipsum non specialia quædam impediunt; Ex solo statu suo, & in Relatione ad Mercatores, sanè non erit inhabilis.

Ignavi imò & egeni Opificis est, Expectare mercenariam ab aliis conduci operam suam. Ecquis verò prohibuerit v. g. Sutores, diversæ formæ Calceos subitanæ cujusvis indigentæ paratos habere? Aut, Quis jubeat Pileones expectare, donec Rusticus aliquis accedat, atque ostensâ capitis sui circumferentiâ pileum

leum ad mensuram locet elaborandum? Nimis serò  
 Lorarius aut Ehippiarius, instante atqve urgente,  
 Aurigà vel Agricolà, mustricolam atque spacium con-  
 ficiendi postulaverit. An ergò ad Mercatorem ableg-  
 gabunt eos? Sanè, cui Negotiatori obvenerint isthæc  
 nisi ab Artificibus? Qvi ergò Mercatori vendunt,  
 208. Cur non iidem & Aurigis? † Ita Pelliones non  
 crudas modò & infectas, verùm in qualemqualem  
 formam atqve vestimenti figuram aptatas in nume-  
 rato habent pelles. Nam & Sartores ita incipiunt  
 esse animosi, ut vestiariam instituunt negotiationem;  
 quantumcunqve res dubii videatur eventûs, astutu-  
 rus ne sit, cui hæc vel illa forma sit oportuna; Unde,  
 credo, non est, quare Opificibus, qui modò periculum  
 sunt facturi, & rei sufficientes, Negotiationem in mer-  
 cibus ab se elaboratis interdicas. Nisi & Agricolam  
 fruges sibi natos vendere prohibeas.


209. Aliud foret, si à Sodalibus foris conquisitas & co-  
 emtas, eâve ratione sepositâ personâ Artificis, quæ in  
 operando, specificandove potissimum consistit, habi-  
 tum Mercatoris sumant, atque ita mercari *ex professa*  
 incipiant. Quod, quousqve vel suimet cujusqve So-  
 dales sint admitturi, ab eventu pendet. Et constat,  
 Sartores certam in Collegiis suis Contribulium spe-  
 ciem habere, Industriosos puto, quos Caligarum Co-  
 quos, nescio, an per contemptum dicunt, *Hosen-  
 Röche*/ qui tibialia parare & publicè vendere solent:  
 Sin ultrà progrediantur, à suismet Contribulibus pa-  
 210. tiuntur contradictionem. † Sic Pileones Pileos tan-  
 quam genuinum artis suæ effectum liberè vendunt;  
 quin & à Contribulibus suæ Civitatis & Poynciæ co-  
 emtos.

emtos. Exteros non ita: sicut latius diximus Jure prohibendi, *Part. I. cap. X. n. 405. ad 410.* Et quando iidem ulterius progressi, Spiras atq; ligulas seu vincula pileis circumdari solita, **Hut Schnüre** ad suam trahabant negotiationem; per rationem, quod ipsi primi sint, qui pileum ejusmodi fasciâ cingant, **der Hüter thue ja das erste Band um den Hut**: Non cessit hoc ipsis absqve omni contradictione Negotiatorum: sed, quum res non faceret operæ pretium, quieti suæ utrinque fuit, quantum ego quidem scio, relicta.

Sed, Quid si jure atqve titulò hereditariò cuidam Opifici cedat Negotiatio, forsàn à parentibus, suis an Uxoris: Utrumne tabernam illam exercere, negotiationemve continuare permittendus? Ita credebatur David Walther, Sartor, & serenissimo partim à vestibus, partim à suppellectili argentea, **Silber Diener** / cujus Socer Vinariæ Negotiator obierat & negotiationem in filiam, Intendentis uxorem, transmiserat. Neque enim malè perdere jubebimus aliquem hoc, quod magnâ plurium annorum industriâ quasi verunt parentes, & expectavit ipse. Aut, si per aversionem vendere jubent, emant ipsi! Sin recusant, quæ invidia est, quod ipsi spernunt, aliis cum vendere non debere minutarim jubent? † Enim verò, secus cessit, atq; cogitabat ipse; Urgentibus Mercatoribus nostratibus, seu Vendendam seu exercendam esse tabernam atque negotiationem ibi loci ubi tenus hac exercita fuerit, neque huc transvectam ipsis obrudi oportere: atqve fundamenta Solicitatoris se planè non ferire. Quare & Senatus 6. Junii 1679. decrevit: Tuendos eos in jure quæsito atque usque exercito.

## CAPUT III.

## De Tabernis Librariis.

213.  Ed cùm videamus modò non quotidie, Typographos tabernam instaurare librariam; non Dominos solùm, quos dicunt *Buchdrucker Herren*/verùm & *Boëthos, Buchdrucker Gefellen*: quanquam in disputationibus academicis & minutiis quibusdam, aliis horum consistat negotiatio; unde & Disputation-  
Händler dicuntur. Non dubium est igitur, quin agrè ferat unus atque item alter Librariorum; ut solet in rebus humanis accidere: dum quisque credit, per alterum sibi non licere satis esse beato. Unde & proverbium emerit: *Figulus Figulo invidet*: tanquam & ad Minutiariorum hosce, quorum fragilis est merx, & ita quotidie novis emtu opusest, invidia tamen penetraverit. † Unde *Queri* cepit: Ecquid & Typographis tabernam liceat habere apertam, eamque libris omnis generis instructam, atque in ea exercere negotiationem librariam formalem: Inskitore praportò, *einen Laden Diener*/ atque præfixâ tabulâ, cui nomen principalis per Pictorem sit inscriptum; more inter Librarios consuetò: OFFICINA LIBRARIA TIT. Quale quid sumserat sibi ante hos triginta annos Georgius *Sengewald*/ Typographus nostras; fremente licet *Blasid Lobenstein*/ tunc Librariò.
214. Quæstio solvenda *prejudicialis*: Unde Typographo ea librorum copia, ex qua justam conficiat negotiationem? An forsitan ex supernumerariis illis exemplis.



emplaribus, quæ per conniventiam Librariorum, sumptibus suis excubendos tractatus committentium **der Verleger/** pro fortuito defectu supplendo, supra numerum conventum submittit: **dem Nachschuß:** neque tamen opus habet postea: Quæ aliquot annorum decursu, in numerum negotiationi sufficientem excrescere valeant. Quod si fingas mutuam inter Typographos librorum communicationem, varietatem quoque nanciscuntur tractatum, & instructam habeant negotiationem, **eine vergattirte Handlung.**

Quod tamen secus videtur nobis. Nam, si verum hoc, sequetur: Typographum omnem actu negotiarum esse, & mercaturam tantò exerciturum frequentiore, quantò quisque ampliorem exercet officinam, **ie stärkere Druckerey/ie grössere Handlung.** Per hoc, quòd occasionem & media plura commodiorave præ cæteris nanciscatur, omnis generis tractatus, nullo labore peculiari, nullo penè sumtu conquirendi. Cum tamen exempla constent in contrarium; ubi qui quatuor prælorum officinam possedit, peculiarem tabernam librariam haud exercuerit: ¶ Qui verò vix duobus constantem præliis exercebat, omninò tabernam apertam eique Institorem præpositum habuerit. utcumque Negotiatores librarii perquam rarò atque pauci libros imprimendos ipsi commiserint, eumque adeò molumentum extraneum destituerit, **hat keinen fremden Verlag gehabt.** Taceo, tacitè sic Typographos tituli non opidò honesti argui. Quod non credo in omnes eorum quadrabit: Atque unde habituri erant Boëthi illorum, & qui extranei negotiantur Disputationibus? ¶ Remanet igitur, **Ti-**

tulos superesse, & honestos: Impressionem videlicet librorum suis sumtibus, *des eignen Verlags*: Eosque illis licitos. Quod est caput principale disputationis: Utrum Typographis, Aut ne liceat quidem (pace Autorum) libros imprimere, & suis auspiciis sumtibusve operari? Aut si eousque conniveant Negotiatores librarii, non tamen permittendi sint in iisdem negotiari, Eaque in quibus consistit Negotiatio, Tabernam, Infitorem habere? Sed teneantur materias per aversionem Librariis dividere.

219. Hoc volebat credo quondam Lobensteinius, hoc ipsum forsitan hodiernum aliqui sui Ordinis. Utrum stringant, quas tunc allegabat rationes, aut quibus utuntur è modernis aliqui? videbimus partim in concreto & hypothesi eorum; partim in thesi & abstracto. I. Prima atque palmaria tunc erat ratio, quod imploratus attentator non Bibliopola, sed Typographus sit. Nimirum Statuum atque professionum discrimina servanda, Confusio omnis Reip. novicia. Professiones autem Typographorum atque Bibliopolarum opidò differunt: Habitudine Artificum, scilicet ad Mercatores: Quavis E. intra suos limites coërenda. † II. Culpabatur, quod Typographus ultra conclave, quorsum chartas impressas usque ad traditionem recondunt, ac *die Buch Kammer* dicunt, quod suo modò secretum esse solet, separatam instituerit Tabernam librariam, quorsum cuiuslibet liber est accessus, emendique licentia, *einen offenen Buchladen*: Rem Typographis incompetentem, atque ob id Negotiatoribus invidiosam. † Quam III. libris peregrinis variis ad vendendum instruxerit. Ubi tria nota
- re

re voluit, 1. Natalem locum, Libros peregrinos: tanquam effecta genuina tolerare ipsique relinquare voluerit. 2. Multitudinem varietatemque: atque adeo si unius generis forent, haud magnopere oblocuturus esset. 3. Destinationem denique atque usum; dum vendendi gratiâ paraverit. Quæ nimirum volumina quis aliis pro mercede typis exscribit, solius custodia gratiâ in secreto reponit usque ad avocationem. Verbô: Transgressio Typographi in aliud hominum genus ipsum malè habuit.

IV, Denique veretur, Ne & reliqui Typographi 222. simile quid audeant, Bibliopolas turbent ac modò non pessudent. Præsupponit ergò Bibliopolarum jus quæsitum, in petitorio; & exercitium, in possessorio. Ita, ut actûs Typographorum reputandi sint turbatorii, & tales quidem, unde ruina Librariorum pendeat: Cui malo præveniendum, prius quàm exemplò Turbatoris invitentur reliqui, & malum acceleretur, juxta illud:

*Principiis obsta: Serò Medicina paratur  
cum mala per longas invaluere moras.*

Quibus Serenissimo supplex factus, Rescriptum 223. ad Senatum oppidanum emanavit sequentis tenoris:  
L. S. welcher gestalt sich Blasius Lobenstein / Euer Mitglied und Buchführer zu Jena über Georg Gengenwalden / Buchdruckern allda / des zugelegten Buchhandels / und darzu eröffneten Ladens halber / auch daß ihm die andern Buchdrucker nachfolgen / und dergleichen Handel mit fremden Büchern anrichten sollen / Supplicando sich beschweret / was Er dawider anziehet / und darneben unter  
thä-

224. thänigst bittet/ das befindet Ihr einliegend mit  
 mehren. † Daruff begehren Wir hiermit/ Ihr  
 wollet Supplicanten nebst Beklagtem vor Eucher-  
 fordern/ Sie gegen einander nothdürfftig hören/  
 dabey aber Sengewalden/ was von Supplicanten  
 angeführet/ beweglich zu Gemütthe führen/dieselbe  
 zu vergleichem Fleiß anwenden/ und/ wie weit Ihr  
 es bracht/ sammt Eurem unborgreiflichem Be-  
 dencken/ zu Unserer ferneren Verfügung/ mit  
 Wiederzurücksendung der Inlage/in Unterthänig-  
 keit berichten. An deme 10. Weimar den 22.  
 April 1661.

225. Nim. Audiatur & altera pars: Erant autem tunc  
 Rei Fundamenta I. Licuisse Typographis usque pu-  
 blicam librorum venditionem: Idque II. pluribus  
 exemplis aliorum locorum demonstrari posse. Neque  
 III. Actorem hoc inficiari. Dum IV. & ipse annos ty-  
 rociniū neutiqvām in Taberna Negotiatoris librarii  
 formaliter & exclusivè talis: bey einem gestandenem  
 Buchhändler/ sed in officina typographica transe-  
 gerit. Idque ipsummet V. confessum; & si hoc non  
 foret, in se notorium esse. VI. Pendere se ac persol-  
 vere de hac sua taberna & negotiatione libraria, di-  
 stinctum ab officina typographica, quot vicibus,  
 terminlich novem grossos. Petere igitur, in libero  
 isthoc se defendi commereio.

226. Ubi observandum, Non malè eum dixisse I. Ty-  
 pographis negotiationem librariam usque liberam  
 fuisse. Quia Libertas Juris naturalis est, Restrictio  
 contrà ex facto & Jure civili: Pro illa igitur tamdiu  
 præsumendum atque standum, donec probetur con-  
 tra-

trarium. Jam verò certum est, Jus prohibendi Librariis neque ex suo facto quodam, cui Typographi ad-  
 quieverint, fuisse quaesitum: quale Supplicans nequeat  
 imò, ne quidem velit allegare: Neque ex ullo seu pri-  
 vilegio, quod itidem laudare non audeat: seu Statu-  
 to. Quod quidem egomet novi per Senatum oppida-  
 num illis fuisse oblatum: nunquam tamen accepta-  
 tum: Quòd nolint esse collegiati, aut cancellis  
 articulorum includi, *Sich zünftig machen lassen.*

H. Exempla exterorum locorum quòd attrinet, 227.  
 laudabantur in similia causa, coram Regimine Ducali  
 Tutorio Jenensi A. 1683. Mense Novembr. per Fratres  
 Schmidios, controversiam itidem à Bibliopolis patien-  
 tes, ut *cap. seq.* ex professo audiemus, plura, credo mul-  
 ta recentia: Senatus tamen ipse in sua d. A. 1661. rela-  
 tione Noricum allegavit Hoffmanni cujusdam, qui  
 ne Typographus quidem, sed Pistor fuerit; temporis ta-  
 men successu inter Bibliopolas ita innotuerit atque in-  
 valuerit, ut nemo eorum commercium illius declinet.

Remedia pacis, quæ Senatus quidem tentabat 228.  
 tunc, potissimum consistebant in Resignatione atque  
 cassatione Tabernæ, quam Reus extra ades suas con-  
 duxerit in foro publico; atque ad eò, dum vellet, occa-  
 sionem habeat, duplicatam exercendi negotiationem:  
 domi quidem, per se ipsum; in foro autem per Instito-  
 rem. Reus contra id solum offerebat, Velle se tabu-  
 lam cum inscriptione nominis demere, *wolt keine of-  
 fentliche Tafel aushängen/* & sic characterem Ne-  
 gotiatorium dimittere: Dum videlicet vel sub habitu  
 Typographi tantundem licebat.

Quemadmodum & Senatus in humilima Relatione 229.

suâ censebât: Non prohibendum Reo hoc, quod sui  
 similibus quondam licuerit. Maxime, dum Suppli-  
 cans ipse annos tyrocinii penes Typographum trans-  
 egerit. Nimirum, Quod quisque in sua causa putat  
 sufficiens esse, in aliorum quoque causa admittet, eo-  
 que eos frui sinet. Atque in ea mente perstitit quo-  
 que Senatus, quando in alia causa, de qua paulò post,  
 A. 1676. attestabatur: Typographis heic loci usque li-  
 cuiſſe, juxta officinam Typographicam, Tabernam-  
 quoque librariam exercere; judicatosve juxta cum  
 Negotiatoribus librariis ad paria. In tantum, ut ar-  
 tem negotiandi alios etiam docere potuerint; utenq;  
 qualitatibus, quæ nunc quidem desiderari velint, haud  
 230. fuerint instructi. Verba Relationis sonant: Buch-  
 druckern hiesiges Orts ist nicht verwehrt / dasern  
 Sie sich unter des Raths Jurisdiction begeben wol-  
 len / (de quo tamen requisito infra in Effectu) Ne-  
 ben der Druckerey / auch eine Handlung an zu-  
 fangen. Und sind diese denen Buchführern ieder-  
 zeit gleich geacht worden / Also / daß Sie auch an-  
 dern den Buchhandel zu lernen berechtiget ge-  
 wesen / Ob Sie gleich selbstn darauß nicht ge-  
 standen / noch andere Requirita gehabt / die etwan  
 anigo erfordert werden wollen.

231. Quibus positis, sequitur: Non competere Biblio-  
 polis adversum Typographos Jus negotiationem & ta-  
 bernam prohibendi; sed aufuris hoc, obſtituram Ex-  
 ceptionem Intentionis, Tibi non competit actio,  
 Nullo experiris Jure. Qualiter ante annos aliquot  
 se tuebatur Murarius Statuariam exercens; quam ar-  
 tem precibus atque pretiò à Boëthis Statuariorum hac  
 trans-

transeuntibus clam didicerat; Meyerö autem, Staruario coetero quin insigni, contradicere auso, objiciebat defectum & Collegii & privilegii. Nec prosperè magis cedebat Pectinario, & privilegiö & jure Collegii destituito, Jus tamen prohibendi arroganti sibi: ut ali-  
bi *in Jure prohib.* ostendimus.

Hinc denuö Senarus Oppidanus hujus loci in qua-  
dam Relatione d. 20. Sept. A. 1676. prudenter censebat: 232.  
Scheinet es dennach bey so bewandten Sachen  
mit dem Buchhandel eine Verwandniß/ gleich wie  
mit andern Handwergen zu haben/ So lange an  
einem Orte keine gewisse Mase vorgeschrieben/  
Wer/ und auf was Mase Handlung zu führen/  
oder ein Handwerk zutreiben berechtiget / So  
mag handeln und wandeln wer da wil/ und fragt  
man nicht. Ob Er auch gestanden/ und wie lange/  
Ob er auch gewandert und ein Meister Stück ge-  
fertigt. Sobald aber gewisse Verordnung deß-  
wegen beschehen/ dergleichen anho zwischen den  
Buchführern und Disputation. Händlern gemachet  
und noch gemachet werden/ (quod, si in conatibus  
tum fuit, sine eventu tamen evahit.) wird die Freyheit  
cassiret und auffgehoben.

CAPUT IV.

Quarum rerum negotiatio sit Ar-  
tificibus: & de Minutiariis.



Erum igitur manet, Artificibus quoque at-  
que Opificibus qualemcunque deberi ne-  
gotiationem, eique oportunam Taber-  
nam.

nam. Quorsam faciunt Collegiorum plerorumque statuta in eam rem concepta : v. g. Sutorum, Ciz. art. XXVII. Ein ieglicher Meister hat Zug und Macht/ auf dem Brisel und allen Orten und Enden/ derer keines noch mehrers ausgeschlossen/ do die Gärber kauffen. / rauch Leder zu kauffen. Lorariorum *ibid.* art. X. mit dem Auslegen/ Feylhaben und Verkauffen an Jahrmärkten/ soll es also gehalten werden/ wie es bisshero gebräuchlich gewesen / zwey Tage/ und um 1. Uhr auszulegen/

234. Pileonum *ib.* art. XXXIX. Sollen die Meister zu Zeit der Buden halben am Jahrmärkte Petri und Pauli zu Naumburg/ bey dem gelassen werden/ was ihnen in der Hüter Innung zur Naumburg verlaubet ist/ Sollen auch durch den Raht und Gerichten des Orts dabey geschützet werden. Item ea Statuta ; quibus prohibentur contractus invicem turbare atqve interrumpere : seu fiat hoc, dum velint emtores invicem avocare, Einer dem andern die Käufer nicht vom Stand abruffen : quo de, quia non actus, sed Tabernas tanquam Locum pro Objecto habemus, vid. Wehnerum *Thef. Obs. pract. hac voce p. m. 6.* seu Venditores intercipere ; quod dicunt in den Rauff fallen : Statuta namque illa frustranea forent, Ni Opificibus negotiari liceret.

235. Atque imò, quantum ad Coëmptionem attinet, Cuius Opifici tantum comparare sibi permissum est, quantum vitæ trahendæ atqve opificio exercendo necessarium est. *Statut. Mercat. Lubec. Rauffmanns. Ordn. de A. 1607. 28. Aug. verbis : Ausbescheiden/ so viel Waaren und Victualien / als Sie zu Ihrem Hande*



Handwerck und in Ihren Häusern nöthig haben/  
die mögen Sie kauffen. Derowegen denn die  
Brauer nicht mehr Korns und Hopffen kauffen  
können/ als Sie zu Ihrem Brauwerck vonnöthen  
haben. *dict. Ord. Merc. art. XVII.* Eben so soll es auch  
mit den Käsekauffern/ Höcken und Raschmachern  
gehalten werden. *Decret. Senat. d. A. 1624. 26. Octobr.*  
*Et de Annis 1640. Et 1659. Marqv. de Jur. Merc. Lib. I.*  
*cap. VII. n. 50.*

Neque turbat nos 1.) Nominum & Professionum <sup>236.</sup>  
diversitas, quòd Artifices non sint Mercatores. *c. 11. dist.*  
*LXXXVIII. Joh. Petr. Surdus Decis. CCCXIII. per tot. ubi*  
*monstrat, Pistorem non dici Mercatorem. 2.) Quòd*  
*locorum quorundam Statutis Opifices à mercatura;*  
*Mercatores ab Opificiis excludantur. Unde Statu-*  
*tum in Rep. Lubecens: Daß niemand der Bürger/*  
*welche Kauffschlagen/ mögen Handwercke frei-*  
*ben. Noch iemand der im Ambt und Handwer-*  
*cker/ Kauffschlagen. bey Pöen 5. M. Silber/ Mar-*  
*quard. de Jur. Merc. sing. Lib. I. cap. VII. n. 49. p. 58.*

Quia modica illa Opificibus permessa Negotiatio <sup>237.</sup>  
nequit eos efficere Mercatores; ob varias restrictio-  
nes. Dum enim permissum iis negotiari in rebus à se  
confectis, prohibentur argumentò à contrario sensu,  
manufacturas aliorum sui generis coëmere & rursus  
venum exponere. Ut Pelliones Cizenses *art. IIX.* Auch  
soll kein Meister fremde Waare/ die nicht sein ei-  
gen/ weder in seiner Bude/ noch in seinem Hause/  
damit zu handeln/ nehmen oder hängen/ vielwe-  
niger einem andern Meister und Fremden vertrei-  
ben noch arbeiten/ ohne Vorwissen und Erlaubniß  
der

der Fürmeister. Von jedem Punct/ so übertreten  
wird/ ein Pfund Wachs.

239.

Forfan id ipsum erat gravamen tertium Lobensteinii, *supr. n. 33. de Libris Peregrinis*. Ecce verò Cultrarii Steinbachiani Statut. *art. XXVI*. Contribulibus suis ob senium ab operando cessantibus, & negotiationem qualemcunque instituentibus inculcant, ut non nisi à sui Collegii sodalibus species venum exponendas coëmant? Ita enim alter alterius merces dividendas recipit. An dicimus: Invidiæ aliquid dari ab Opificibus, ut modò vetent quod aliàs injungunt; modò præcipiant, quod brevi prohibuerunt? An imputabimus hoc Statutorum localitati, & diversitati interesse Collegiorum ac Civitatum?

240.

Nemo tamen crediderit, Statuta Collegiorum, cœcò quodam impetu protrudi; quando plerumque mali mores gignunt bonas leges: Et quidam depri- mendis supplantandisque Contribulibus suis, manufacturas extraneas, vitio vulgi an seculi, vernis præponi solitas invehunt: eoque ipso ad Mercatorum classem penè transiliunt. Tunc utique non Mercatores modò, sed cujusvis Opificii Sodales, quilibet ob suum interesse reclamant. † Quando tamen Opifici ob Senium vel alias causas ad specificandum minus idoneo, conveniens arti moderataque indulgetur negotiatio, Non immeritò suorum Contribulium manufacturas extraneis anteponit. Dum id non faciat sub specie famulitii, tanquam eorum Institor. Nec alienis se ornare plumis studeat, & famam capiet mentitò labore atque industrià peregrinâ. Prius, & Regulam, intendunt Cultrarii: Posterius, seu Decla-

clarationem, Pelliones. Librarios neutris accensemus, Mercatores sunt, peculiare interesse ac fundamentum, atque aliam habent intentionem: de qua mox seorsim, sequenti declaratione.

Quando videlicet, præter Typographos, Domi- 241.  
nos quos dicunt *Buchdrucker Herren*, qui suis sum-  
tibus libros excudunt in iisque negotiantur; Eorum  
Boëthi *Buchdrucker Gesellen* / quinimò Bibliothecæ  
& aliarum professionum homines, forsân ab imagini-  
bus & figuris *Kupffer Stücken* ac Disputationibus  
Academicis initium in rebus chartaceis & librariis  
negotiandi fecerunt, *Kunst- und Disputation-Händ-  
ler* dicti: Temporis successu Tractatus majores ve-  
nales habere ceperunt, atque Negotiatores Librarios  
suâ se autoritate atque factò constituerunt. Adeo-  
que discrimen quasi inter Minutarios & Magnarios  
exorsum est. † Res hæc Negotiatores hujus loci 242.  
excitavit; ut d. 3. Junii 1676. forsân etiam retrò, sicut  
in dicto supplicato innuere videntur, hanc suæ con-  
ditionis deteriorationem, ex hoc ipso fonte (ut alle-  
gant) propullantem qverulâ voce ad Serenissimos de-  
tulerint; instantissimè precantes, adversus ejusmo-  
di turbationes se defendi, ac Disputationarios quos  
dicunt, ad tractatulos minutos constringi. Ratio-  
nes atque fundamenta, quantum ex actis bonâ fide li-  
cuerit excerpere, inferunt in universum à damno, ex  
multiplicitate & varietate negotiationem suam inva-  
dentium atque turbantium, in eos redundante.

Nominatim verò 1. à Subjecto, dum Typographi  
ac Bibliothecæ nostrates id agant; quibus Extranei non  
pauci, sub nomine Disputationariorum se adjungant,  
mul-

multo tempore hic commorantes, sed publico nihil contribuentes; ac post ingens lucrum conquisitum discedant. 2.) ab Objecto, dum hinc libros optimos ad manus habeant, mit den schönsten Büchern sich belegen und damit handeln. Inde vero libros improbatæ lectionis submittant. Sicut ex Rescripto Serenissimi de 20. Octobr. 1676. exemplaria quædam deprehensa denunciataque fuisse, colligere licet, *verb. Aufsicht haben/ daß von Ihnen keine ärgerliche Bücher oder schändliche Tractate mehr/ wie bisshero / nach Ausweis beygefügter zweyer Muster geschehen/ geführet werden.* † 3.) à Modo, dum ex uno latere sub nomine Disputationum extranearum, submittantur integri tractatus & vasti libri: qui scilicet sint Librariorum merx propria. Ex altero autem, libros vilissimò in magna copia dividendant pretiò (quò ne sibi quidem possibile sit in publicis nundinis comparare:) Adeptos procul dubio à Librariis magnarum negotiationum extraneis. 4.) ab Effectu, & redundante tam in cives academicos, v. g. Typographos; quàm oppidanos, Aurigas, quorum operà in transvehendis mercibus quotidie utantur, annuò commodò: cui posthac pares amplius haud sint futuri, exerescentibus quotidie oneribus Tributorum, Excubiæ atque numero exemplariorum ad Aulas reddendorum, Verlags Abstattung/ dicebant. Nisi vel pristina reddatur immunitas & exæquatio cum civibus Academicis, vel subveniat ipsi adversus Disputationarios.

245. Quoniam autem subinde admiscuerant Immunitatem onerum ei vicorum oppidanorum, atque exæquationem cum Academicis; qui quidem scopus forsan

san fuerit primarius; Eo tamen praeteritò, petítum al-  
 terum æquius fuit visum, atque ex die 10. Iunii 1671. ad  
 Academiam rescriptum: Monendos illius Jurisdictioni  
 subjectos Disputationarios, ab illicita librorum ne-  
 gotiatione, sub certa multa abstinere, & juxta dispu-  
 tationes minutis aliquot plagellarum libellis conten-  
 tos esse: Daß Sie sich des unbefugten Buchfüh-  
 rens bey einer Nahmhafften Straffe und Verlust  
 der Bücher/ oder auch der Exemplarien hinsübro  
 gänglich enthalten/ und hingegen an Verhandlung  
 derer Disputationen/ wie auch geringer / und von  
 etlich wenig Bogen nur bestehenden Büchern künf-  
 tig allein sich begnügen lassen sollen ic. † Quam 246.  
 querelam non solum d. 19. Septembr. 1683. circa qua  
 tempora, ob contagionem oberrantem, vitæ genus  
 quodlibet durius esse ceperat, humilimè repetierunt:  
 Welcher gestalt nicht allein hiesige Buchdrucker nebst  
 andern mit Disputationen handlenden / sich ferner  
 de facto unterfangen/ Unsere ohne diß bey istigen  
 höchsterbährnlichen Zeiten fast gänglich darnieder  
 liegende Vayrung zu träncken / und über Ihre  
 theils selbst aufgelegte / theils sonst an sich gebrächte  
 Tractätlein / ganz vollständige Werke von vielen  
 Bogen und Alphabeten / uns zu großem Nachtheil  
 Hauffen weise zu verkauffen ic. † Verùm etiã 247.  
 A. 1686. in Aula Ilnacensi Serenissimi r. r. Tutoris, ean-  
 dem cecinisse cantilenam oportet: uti colligitur ex Re-  
 scripto post beatissimum ipsius excessum d. 29 Octobr.  
 publicato; quamquam ab ipso adhuc vivente d. 6.  
 Sept. subnotatò: ubi ad eorum instantiam emanasse  
 dicebatur, copiã tamen petiti haud inclusa. Conquesti  
 au-

autem fuerunt, tanquam Rescriptum D. Bernhaldi de  
 10. Junii 1676. ad debitum vigorem haud pervenerit,  
 illius renovationem petentes. Reticitis quæ adversus  
 istud à parte adversa fuerant allegata: quorumve in-  
 tuitu Idem Serenissimus M. Sept. Relationem Senatûs  
 oppidani requisiverat; & hæc minus in supplicantium  
 favorem d. 20. ejusd. securâ, decisivè d. 2. Octobr. re-  
 scripserat: Ut Jure prohibitivò se muniant antè.

248. Videndum igitur, Quid seu Typographi seu Dis-  
 putationarii allegaverint in contrarium. In diver-  
 sas enim abiisse partes, ob diversa jura; ex actis obser-  
 servare licet: præteritis tamen, quæ specialia magis  
 sunt, generalia solùm afferemus. Discrimen inter  
 Negotiatores, librariorum & Typographos nullum esse,  
 statuendum. Quia I. Negotiatio libraria in statu mo-  
 derno, ex Typographia & originem accepisse videat-  
 ur, atque etiamnum ex ea conservetur; ut quæ si non  
 solitariè, certè maximam partem in libris impressis ex-  
 erceatur. II. Quòd, si primi Negotiatores librarii non  
 fuerint Typographi, plerique tamen hodierni primi-  
 tus Typographi fuerint, aut negotiationem penes Ty-  
 249. pographos negotiantes comprehenderint. III.  
 Desiderium hoc Supplicantium, esse communi mer-  
 cantium stylo contrarium; quò semper Magnarii quæ-  
 runt suos emtores, nunquam tamen verant vicissim  
 aliis dividere, nec contraventum esse suæ prohibi-  
 tioni, conqueruntur. Certi, tantocius ad se reverfu-  
 ros priores emtores, quantocius merces distraxerint  
 suas: Nihil ergò ipsis per hos detrahitur. Magna ve-  
 rò nostratum Librariorum sit invidia, qui libros suos  
 cum libris Disputationariorum permutant, vendi ta-  
 men

men ab his conqveruntur ac prohibent; ut videlicet ipsi ubique omnia soli habeant. Cùm scire debuissent, Minutarios illos, in nullum alium usum tractatis à Librariis admittere, quàm mercatura continuanda.

Quantum autem ad allegata Librariorum pertinet, 250. neat, sint ea partim *impertinentia*, quadrent solum ad forenses illos & extraneos Disputationarios huc ventantes, hic lucrantes, publico autem nil contribuentes. Cùm qui in loco sedem fixam habent, collectis sint obnoxii; non E. luent facta aliorum. Partim *insufficiencia*; quia à lucro qualicumque in Typographos & aurigas, quorum operas exercent Librarii, permanente; ad præclusionem concivium à libertate commerciorum naturali, aut etiam restrictionem, validè non potest inferri. Atque imò Librarii nō fratres sapi9 exteriorum, tam Typographorum, quàm Aurigarum operis uti, in eoq; à Disputationariis vinci, verū sit.

Senatus oppidanus, ad hæc referre iustus, difficile 251. factu id existimavit; ob omnimodum & legis scriptæ & observantiæ defectum: unde mensura aut repartitio fieri possit, quid cuique debeat. Neque ipsismet Librariis invicem convenire; unde usque huc Statuta cetera condere neqverint. Ante annos aliquot compluscula in Joh. Theodoro Fleischerō desiderare voluisse, quò minus Librarium agnoscerent ipsum; acquiescere tamen oportuisse, ex quo & requisita illa negaverit ipse, & ab extraneis Librariis nullam passus fuerit controversiam. Fore itaq; inter Incolas & Forenses discrimen observandum. † Speciatim verò, Jo. Jacobum Ehrnium in possessione, omnis generis libros habendi dividique, constitutum esse; nec ita pridem Jus

Amoenitates Strauchianas venales exponendi compa-  
 rasse sibi. Eventurum autem, ut Librariis nostratibus  
 adversus ipsum obtinentibus, Helmstadienses, Giessen-  
 ses, Marburgenses, qui haestenus eum liberrimè admi-  
 serint, simile privilegium adversus eum sint impetra-  
 253. turi. 20. Septembr. 1676. † Rescripsit Serenissimus  
 d. 2. Octob. ad Academiam & Senatum oppidanum: Sup-  
 plicantes ( Typographos & Disputationarios videl.) in  
 sua possessione relinqvendos; sub inspectione tamen  
 diligenti, quoad libros scandalosos. Negiatoribus  
 autem indicendum, maturato articulos concipiant,  
 Academiae & Senatus censurae submittant, Serenissimo  
 autem confirmandos offerant; ad effectum, suboritu-  
 ras posthac lites tanto commodius definiendi. In-  
 gleichen auch denen Buchführern andeuten/ daß  
 Sie förderlichst eine gewisse Ordnung über ihren  
 Buchhandel abfassen/ und wenn solche von Euch/  
 der Universität und dem Rath durchsehen/ auch  
 was dabey nothwendig zu erinnern/ vollends dar-  
 zugebracht worden/ dieselbe zu Unserer Fürstl. Re-  
 gierung zur Confirmation unterthänigst einschicken  
 sollen/ damit dergleichen künfftig mehr etwa vor-  
 kommenden Differentien möglich vorgebauet/ oder  
 denen desto eher dadurch abgeholfen werden könn-  
 ne. u.

254.

Huic cum non obtemperaverant, & tamen in se-  
 quenti A. 1683. d. 19. Septembr. pristinas recantabant  
 querelas; merito obstitit illis Exceptio implementi  
 non secuti, h. e. Non impetrati Juris Collegii: con-  
 sequenter obstabat pristina exceptio: Non competen-  
 tis actionis, aut Juris prohibendi. Cepit igitur ne-  
 go-



gotium majori studio tractari, & ex vero fonte hauriri. I. quidem, quod Impendere pecuniam ad excudendum unum vel alterum librum, sit res meri arbitrii, & liberrimæ potestatis; unde non Typographi, non Opifices alii arcendi sint: quemadmodum quotidiè observamus, Bibliopegas Calendariis imprimendis sumtus suppeditare, & non minimam lucri partem reputare, si primà libri fronte nomen legant suum, cum titulo eius *Verlegers*. Nec est, quod excipiant Librarii: Minutias hæc non curare se, dum salvi maneat ipsi justis tractatus & vasta volumina. Quoniam ab iisdem abstinere, quemque docet res angusta domi. Quid ergò, si grande quoddam volumens imprimere velit Typographus, atque Librarios provocet ad subsidia: Num non allegabunt naturalem libertatem, quâ per Typographos quoad hoc liberæ habeant ædes? Si tamen periculum fecerit Typographus, ac suis sumtibus impresserit; nequaquam hoc prohibebunt Librarii, aut ab eodem emendo abstinebunt, ob id solum quod impendia non à Librario quodam provenerint.

Instabunt: non prohibere se venditionem per aversionem, dum modò ne negotientur in illis libris Typographi! R. Solvant E. pecuniam promptam; nec permittendo materias, dent ansam commercandi. Nam ex quo capite concedunt illis negotiationem minutariam, ex eodem indulgebunt & magnariam: nullo sane meliori jure sibi vindicandam. Aut si Jus prohibendi quoad unum & alterum exercere gestiunt, Jure Collegii ad hoc antè se qualificabunt. Quod tantopere tamen averfantur hæctenus.

III. Uti verum est, Librariam negotiationem ante

5113

O 3

omnem

omnem Typographiam fuisse exercitam, adeoque cum ea nihil habere commune, tantum abest, ut ab ea dependeat: Ita certum est, arte hac inventa, Negotiationem librariam merces suas nusquam aliunde, quam ex illis officinis habere: Ut affirmaverim, primos ex eo tempore Negotiatores librariorum, fuisse Typographos; neque magis eos à modernis Negotiatoribus abinde posse excludi, atque olim Notarii vel Amanuenses, à pristinis Librariis prohiberi potuerunt, libris magnis an parvis ab se descriptis venalitiariam exercere. † Atque ita servat usus modernus, ut Librarium clarissimi Celeberrimarum civitatum, seu Typographi sint ipsi: Norinbergæ Enderi, Felfekeri: Ulmæ Wagnerus, Kühnii, Pater & Filius: Strädellius atque Spoorius Argentorati: Wustius Francofurtii: Röslinus Stutgardiæ: Widerholdus Genevæ: Meyerus Salisburgi: Jäkelinus Monachii: Ritschius & Wittigau Lipsiæ: Bergerus & Seyfartus Dresdæ: Georg Beuter & Zacharias Becker Freibergæ: Otto Michaël & Richter Altenburgi: Fridr. Zilligerus Brunsvigæ: Sternii Luneburgi: Herman. Brauer. Bremæ: Kütchler Moguntiæ: Bethmannus, Steinmannus, Lobensteinus quondam Jenæ: post Sengevaldus & Bauhauserus ibidem.

259. *Seu* annos doctrinæ penes Typographos negotiantes transegerint, ut Joh. Bielkius apud Lobensteinium, Joh. Theodorus Fleischerus apud Sengevaldum: qui ambo tamen nunc sustineant Typographos excludere. Quod vel propter Boëthos eorum haud decebat: quorum vix centesimus, dixerim penè millesimus usque, eo emergit, ut suam instauret officinam: cum propter sumtum multitudinem, tum propter numerum officina-

cinarum passim restrictum; heic quidem ad senarium. 260.  
Quò evenit, ut plerosque aternos esse Boëthos; &  
quorum opera non conducuntur, famelicis transige-  
re ferias oporteat: Ni Tabernulam instaurare &  
modum honestè vivendi eligere permittantur.

III. Videantur Typographi ex jure, (quod subie- 260,  
runt invicem) Collegii, præ Negotiatoribus librariis  
hoc præcipuum habere, quòd nemo extraneus, cui seu  
matrimonio seu Successione Officina obtigit Typo-  
graphica, eandem per se; sed non nisi per Factorem.  
exercere permittatur: ut Güntherus Uratislavia: Wet-  
steinus Lubeca. Alioquin Boëthi deserant eum. At  
negotiatio Libraria neminem repellat; sed Tarnovia-  
na Lipsia Börnerum, quendam Studiosum admiserit.  
Pari ratione Waltherus Celator, ein *Formschneider*: 261.  
nec non Faber, Collega Scholæ Francofurthi: Lom-  
merus in Taberna Gorliniana Ulmæ Bibliopega: Hu-  
noldus Fusor, ein *Schriftgüser* Lubeca: & celebra-  
rimus Hoffmannus, Noribergæ pistrinum quondam  
exercuerit. Neque tamen sit, qui lubentissimè cum  
eo non negotietur.

IV. Discrimen inter libellos minutos paucarum 261.  
plagularum, nil nisi semen aternarum litium foret;  
cum maximè, quando librarii Negotiatores formulas  
*Quaternionum*, quæ est nomen absolutum & singula-  
re ac distributivum: & *Alphabetorum*, quòd est no-  
men collectivum & universitatis, captiosè usurpent  
atque jungant: Quò ipso & aliquid indulgisse vi-  
deantur; & tamen liberum habeant, quoslibet tra-  
ctulos etiam intra statum Alphabeti, quia sint plu-  
rium plagularum, (si non absolutè, tamen in relatio-  
ne

112  
 262. ne ad Alphabetum, prohibere. † Quam rem malus ille secutus sit effectus, ut vel Disputationum, certè ampliorum, futuri sint insecuri; mutato sæpè titulo disputationis in formam tractatus. Pejor adhuc, Non habiturum quenquam Disputationariorum integrum, etiam auctis per gratiam divinam facultatibus, ulli Literatorum gratificari, tractatus majores ab iisdem excudendos recipere. Perniciosissimus tamen, quando Librarii & Magnarii exterorum locorum, qui usque huc Disputationarios juxta se toleraverint, cum iisque negotiati fuerint: Exemplò nostratium invitati, eosdem, qui tamen maximam anni partem foris obambulando transigere necessum habent, expellere incipiant.

263. Quibus & aliis pluribus heic prætermisissis, tunc allegatis, preces Librariorum in cassum abierunt. Et quando Anno 1686. ut sup. dictum crambem suam tertium coctam, in Aula Serenissimi Tutoris procul abhinc dissita, recitatis hisce novioribus apposuerant, & ad antiquatum Rescriptum D. Bernhadi de 10. Junii 1676. provocaverant, à vitio sub- & obreptionis, ut mollius dicamus, haud fuerunt immunes. Quare, licet in suam sententiam Rescriptum impetraverint poenale, mors tamen Serenissimi Rescribentis ante insinuationem intercessit, & rem aliter se habere, demonstratum fuit. Sic ut Res nunc sit in pristino statu.

CAPUT

CAPUT V.

*De pluribus unius Tabernis.*

**S**ed satis *de Personis & Mercibus*: *Quæstio* 264.  
 succedit: *Quantus cuique Tabernarum*  
*numerus esse debeat?* Num unus idemque  
 Opifex; aut quod hætenus idem, quivis  
 Negotiator; unâ plures, eodem tempore  
 in eademque civitate, sed diversis domibus ac plateis  
 apertas habere possit tabernas? Pro Affirmativa mi-  
 litare videtur, *Quòd* omninò diversis locis, v.g. Fran-  
 cofurthi, Lipsiæ, Jenæ, Idem v.g. Bibliopola solet  
 habere tabernas librarias; Si solet, utique & licet; non-  
 dum enim est, quod prohibitum inaudiverimus, *Quod*  
 si ergò diversis Civitatibus, quidni ergò & in diversis  
 ejusdem civitatis plateis? Nam quæ ratio totius in to-  
 to ea & partis in parte, † Et quidni hæc omnia? 265.  
 Potest enim unus atque idem plures assumere ac susti-  
 nere respectus, tot igitur habebit & effectus. Potest  
 idem duarum civitatum esse civis, utrarumque ergo  
 fruetur juribus. *Quid* ergò, si unus idemque in ea-  
 dem Civitate pluribus intersit Collegiis: aut si aliàs  
 rationes vivendi recipiant separationem; ut quis, dum  
 Opifex sit, negotietur in suis manufacturis. Dum vi-  
 neas possidet, vinum habeat venale: Dum ad forti-  
 tionem braxandi admittitur, *ist mit im Brau-Loose/*  
*Tabernam* exerceat cerevisariam. † Annon idem, 266.  
 si & Mercator & Opifex sit: si bina vel plura calleat  
 officina; si plures possideat domos; si habitet post  
 murum in angiportu, ubi fornicem; tabernam autem  
 P in

in foro publico habeat instructam? Possêt denique species mercium segregare, & cuius distinctam Tabernam, putà Sagariam & Linteariam *l. 5. §. 15. ff. de Trib. act.* assignare; distinctum Ratiocinatore præficere. Accedit, quòd liceat cuius artem suam quantò potest gradu exercere summò: nec ulli negari queat gradus Superlatus in eo rerum genere, ubi licitus est positivus. Is enim Industriae atque benedictionis divinae est effectus.

267. Quæ ergò invidia est, quòd tam Opifices quàm Negotiatores non ferunt, quenquam Sodalium binas unà exercere in eadem civitate Tabernas: sed Statutis etiam huic rei uno quasi ore obviam eunt? Ita Opifices negotiantes heic loci Statutorum *art. XI.* cautum habent: Ne quis eorum plures unà Tabernas in foro simul exstruat: Sub pœna trium Solidorum. Pelliones Cizenses *art. IIX.* Es soll kein Meister in den Märckten (putà solennibus: nedum ergò extra illas) mehr denn eine Bude halten. Qvijn Restiones *ibidem art. XXXII.* Soll weder in Jahr noch Wochen Märckten einem Meister nachgelassen seyn/ auff zweyen Ständen seyl zu haben. Adde de Nostratibus, Jus Prohib. *c. III. n. 110.* † Potissima nim. ratio est Equilibrium lucri & damni: Ne unus aqvam omnem in suum deriver Molendinum, & præ Contribulibus emergat cum eorum supplantatione. Quæ autem de extensione artis dicta sunt, procedunt quoad Graduum elevationem; non quoad Specierum multiplicationem. Si cui per divinam benedictionem suamque industriam datur, artem ejusque species amplificare; minimè prohibendus in una sc. eademque domo

domo atque Taberna hoc præstare: quia facit istud tanquam unus atque idem. Sed qui officinas multiplicat atque tabernas, is plures arrogat sibi respectus, quam mores atque leges uni eidemque tributos volunt. † Atque ita ꝑ 11. Junii 1675. decernebatur: 269.  
In Sachen der hiesigen Buchführer contra Joh. Bielsen/ auch Buchführer/ die von Beklagtem bißhero zwey offenehabte Laden betreffend/ wird von B. und R. verabschiedet/ daß Beklagter schuldig seyn soll/ binnen 4. Wochen den einen Laden zu schließen/ und in Verbleibung dessen dem Raht mit X. Rthl. Straffe verfallen zu seyn.

Id cum effectui non daretur, ad Serenissimum 270.  
iplum itum fuit; allegando 1.) Observantiam in contrarium: Quod nemini liceat negotiationem suam in duabus simul exercere Tabernis. Adesse 2.) exemplum Wolffg. Jächeri; cui agrè, ac vix quatuordecim dies, pro abolenda altera Taberna fuerint indulti. 3.) Publicatum equidem, & in hac causa decretum; sed usque huc (incerta de causa) extra effectum: neque exigimulctam. 4.) Talem favorem esse contra æqualitatem juris civici: ac 5.) vergere in fomentum majoris mali. Sequebatur itaque d. 23. Sept. 1675. Rescriptum.  
Inliegend habt Ihr zu vernehmen/ wessen bey dem Durchlauchtigsten u. Unserm gnädigsten Fürsten 271.  
